
COLL. REG. MED. LOND.
MDXVIII
Ο ΒΙΟϹ ΒΡΑΧΥϹ Η ΔΕ ΤΕΧΝΗ ΜΑΚΡΗ
London 1924

Pharmacopoea norvegica.

Regia auctoritate edita.

Pharmacopoea norvegica.

Regia auctoritate edita.

Christianiæ.

Typis Brögger & Christie.

1854.

Placat

angaaende Indførelse af

en ny Pharmakopoe i Norge.

Vi Oscar, af Guds Naade, Konge til Norge og Sverige, de Gothers og Venders, gjøre vitterligt:

Det af den ved høieste Resolution af 7 April 1842 anordnede Commission udarbeidede Udkast til en Pharmakopoe for Norge auctoriseres herved under Navn af Pharmacopoea norvegica til Brug paa alle Rigets Apotheker fra 1 Juli 1855, til hvilken Tid derfor samtlige Apothekere baade skulle være forsynede med et Exemplar af samme, og derhos have truffet de til dens Anvendelse nødvendige Forberedelser.

Som Følge heraf sættes den nu gjældende Pharmacopea danica af 14 Juni 1805, Pharmacopoea pauperum af 20 Marts 1799 og Pharmacopoea militaris af 1813 fra ovennævnte Tid ud af Kraft.

I Anledning af bemeldte nye Pharmakopoees Udgivelse bestemmes derhos Følgende:

§ 1.

Fra den ovennævnte Tid, 1 Juli 1855, skulle Apothekerne holde deres Officiner forsynede med et tilstrækkeligt Forraad af de i den nye Pharmakopoe opførte Lægemidler, saavel raae som tilberedte. De sammensatte Lægemidler, hvis Tilberedningsmaade er angiven i Pharmakopoeen, skulle paa Apothekerne tilberedes nøiagtigen efter de foreskrevne Formler.

§ 2.

Apothekerne ere derhos pligtige til, snarest muligt, baade at anskaffe de raae og tilberede de sammensatte Lægemidler, som ikke findes opførte i Pharmakopoeen, naar de af Lægerne maatte forlanges. Dog paaligger det i dette Tilfælde Lægerne at angive Sammensætningen og Tilberedningsmaaden.

§ 3.

Apothekerne skulle forsyne de Skuffer, Kar og øvrige Gjemmer, i hvilke Lægemidler nogetsteds i Apotheket opbevares, med de i den nye Pharmakopoe optagne officinelle Navne, enten det fuldstændige, eller det forkortede, og, med Undtagelse af de i § 4 anførte, med sorte Bogstaver.

§ 4.

Paa de i Forraadskamrene og Officinet værende Skuffer, Kar og andre Gjemmer, i hvilke de Lægemidler opbevares, som ere opførte i de Pharmakopoeen vedføiede tvende Fortegnelser, A og B, og som i Pharmakopoeen ere betegnede med *, — skulle Lægemidlernes Navne anbringes med røde Bogstaver.

De i bemeldte Fortegnelser opførte Lægemidler, som ikke opbevares i Glas, skulle opbevares i Skuffer eller Kasser, udforede med fortinnet Jernblik med Laag af samme Material.

De i Fortegnelsen A opførte Midler skulle endog opbevares i Skabe eller andre egne Gjemmer, som stedse holdes tillaasede og til hvilke Apothekets Bestyrer eller en Medhjælper har Nøglen.

Paa samme Maade blive og de farlige Lægemidler at behandle, som ikke i denne Pharmakopoe ere opførte og herefter maatte blive officinelle, eller af Lægerne forordnede.

§ 5.

Til Species benyttes Sold af fortinnet Jernblik, hvis Bund er forsynet med runde Huller af $^1/_6$ Tommes Diameter, med Undtagelse af dem, for hvilke i Formlerne anderledes er bestemt.

Til Pulvis crassus benyttes ligeledes Sold af fortinnet Jernblik, hvis Bund har runde Huller af $^1/_{16}$ Tommes Diameter; til Pulvis communis Silkedug, som paa een Tomme har 70—80 Traade; til Pulvis subtilissimus Silkedug, som paa een Tomme har 130—150 Traade.

Naar Pulverets Fiinhed ikke er angiven i Recepten, udleveres stedse Pulvis communis.

Haardug kan benyttes, naar den giver samme Fiinhed.

§ 6.

Plaster stryges stedse paa Lærred, hvis ikke en anden Materie i Recepten er forlangt. Naar ikke en tykkere Paastrygning i Recepten er forlangt, regnes paa et Stykke Lærred, Skind eller Taft, som holder 16 (sexten) Qvadrattommer, 2 (to) Drachmer af alle Plastermasser, med Undtagelse af Emplastrum adhæsivum, af hvilket, naar det skal bruges til Heftning, regnes $^1/_2$ (en halv) Drachme, og Emplastrum Cantharidum colatum, af hvilket regnes $1^1/_2$ (halvanden) Drachme, og forövrigt i Forhold til Størrelsen.

§ 7.

Læger ere pligtige til i deres Recepter at forskrive de i Pharmakopoeen opførte Lægemidler med de deri givne officielle Navne, enten det fuldstændige systematiske, eller det forkortede.

Hvis der i Recepter, der alle skulle skrives tydeligt og i det latinske Sprog, forekommer noget Middel, som i Pharmakopoeen er betegnet med * og er foreskrevet i en større Dosis, end den i Pharmakopoeen angivne Middeldosis, bør Vægten angives baade med Bogstaver og Tegn, og Middelet understreges.

Mangler Recepten disse Sikkerhedsmærker, bør Apothekerne sende den tilbage til Lægen, for at give denne Anledning til at erklære sig.

Foranførte Bestemmelser skulle, foruden paa sædvanlig Maade at offentliggjøres, derhos foran i Pharmakopoeen aftrykkes.

Hvorefter alle Vedkommende sig underdanigst have at rette.

Givet paa Stockholms Slot den 16 September 1854.

Under Vor Haand og Rigets Segl.

Oscar.

L. S.

Fredr. Due.

Schouboe.

A.

Fortegnelse over de Lægemidler, der skulle opbevares paa den Maade, som Placatens § 4 bestemmer, i tillaasede Gjemmer.

Acetas morphinicus.
Acetas strychninicus.
Acidum arsenicosum.
Acidum hydrocyanicum dilutum.
Amideto-Chloretum hydrargyricum.
Chloretum aurico-natricum.
Chloretum hydrargyricum corrosivum.
Coniinum.
Cyanetum kalicum.
Iodetum hydrargyricum rubrum.
Iodetum hydrargyrosum flavum.
Morphinum.
Oxydum hydrargyricum.
Solutio Arseniatis ammonici.
Solutio Arseniatis natrici.
Solutio Arseniitis kalici.
Strychninum.
Sulphas morphinicus.
Sulphas strychninicus.
Veratrinum.

B.

Fortegnelse over de Lægemidler, der skulle opbevares paa den Maade, som Placatens § 4 bestemmer, i ikke tillaasede Gjemmer.

Acetas cupricus.
Acetas plumbicus.
Acetum Opii.
Aerugo.
Aqva Amygdalarum amararum destillata.
Bulbi Scillæ maritimæ.
Cantharides.
Chloretum hydrargyrosum mite præcipitatum.
Chloretum hydrargyrosum mite sublimatum.
Creosotum.
Essentia bulborum Scillæ.
Essentia Cantharidum.
Essentia Cantharidum fortior.
Essentia foliorum Aconitorum.
Essentia foliorum Digitalis.
Essentia foliorum Digitalis composita.
Essentia Opii ammoniata.
Essentia Opii crocata.
Essentia Opii simplex.
Essentia Pulpæ Colocynthidis.
Essentia seminum Colchici.
Essentia seminum Daturæ.

Extractum bulborum Scillæ.
Extractum foliorum Aconitorum.
Extractum foliorum Atropæ.
Extractum foliorum Daturæ.
Extractum foliorum Digitalis.
Extractum foliorum Hyoscyami.
Extractum herbæ Conii.
Extractum Pulpæ Colocynthidis.
Extractum Pulpæ Colocynthidis compositum.
Extractum seminum Strychni.
Folia Aconitorum.
Folia Atropæ Belladonnæ.
Folia Conii maculati.
Folia Daturæ Stramonii.
Folia Digitalis purpureæ.
Folia Hyoscyami nigri.
Gummi-resina Convolvuli Scammoniæ.
Gummi-resina Hebradendri cambogioides.
Iodum.
Massa pilularum Pulpæ Colocynthidis compositarum.
Minium.
Nitras argenticus crystallisatus.
Nitras argenticus fusus.
Nitras hydrargyroso-ammoniacus.
Nitras hydrargyrosus.
Opium.
Opium depuratum.
Oxydum plumbicum.
Oxydum stibicum.
Phosphorus.
Pingvoleum seminum Crotonum.
Pulpa fructuum Cucumeris Colocynthidis.
Pulvis Cephaëlidis opiatus.

Pulvis Sulphureti stibici cum Oxydo stibico.
Radix Atropæ.
Radix Veratri albi.
Resina Euphorbiarum.
Resina radicis Ipomæarum.
Semina Daturæ Stramonii.
Semina Schoenocaulorum.
Semina Strychni Nucis Vomicæ.
Solutio Chloreti stibici.
Solutio Chloreti zincici concentrata.
Solutio Iodi alcoholica.
Solutio Nitratis hydrargyrosi.
Solutio Superiodeti kalici.
Sulphas cuprico-ammoniacus.
Sulphas cupricus.
Sulphidum carbonicum.
Tartras stibico-kalicus.
Trichloretum formylicum.

PRÆFATIO.

Qvæ in Norvegia hodie valent Pharmacopoeæ, sc. Ph. danica 1805, Ph. pauperum danica 1799, Ph. militaris 1813, legibus 14 Junii 1805 & 20 Martii 1799 & decreto regio 1 Junii 1812 imperatæ, Norvegiæ Daniæqve, unitis tunc temporis regnis, conscriptæ sunt; & Pharmacopoea, qvæ jam prodit, princeps soli Norvegiæ elaborata est. Qvæ qvum & ab iis, qvas diximus, & ab aliis etiam recentioribus tam forma, qvam argumento multum differat, nos, qvibus summa Norvegiæ potestas decreto 9 Aprilis 1842 conscribendi curam demandavit, convenit rationes, qvas secuti simus, paucis exponere.

Medicamentorum, qvæ in Pharmacopoeam recipienda essent, delectum constituendi prima fuit nostra cura. Qvod ut melius perficeremus, a regni medicis & pharmacopolis literis 30 Aprilis ejusdem anni missis petiimus, ut indicarent, tam, qvæ ex Ph. danica 1805 in novam norvegicam haud transferenda medicamina, qvam qvæ recentiora accipienda judicarent; eodemqve consilio ex antiqvioribus medicamentis qvænam excludenda vel retinenda & e recentioribus qvænam recipienda essent, in Societate hujus urbis medica disputationi sæpius subjecimus. Qvas tali modo accepimus observationes, consilia monitaqve faciliorem nobis reddiderunt eligendi operam, in qva tamen singulorum virorum opinionem minus spectavimus, qvam qvod, sedula instituta investigatione, cum medicorum nostrorum desiderio in universum maxime nobis congruere videbatur. Qvapropter nec obsoleta medicamenta, qvæ a nonnullis modo Norvegiæ medicis adhiberentur, nec nova, qvorum vires nondum satis

exploratæ vel usu vulgo probatæ essent, admisimus. Nihilo tamen minus, præscribente medico, talia etiam medicamina parare & dispensare in posterum, sicuti hactenus, pharmacopolarum erit. Neqve corpora, qvæ, qvamqvam ut medicamina adhibita, ad domesticos usus pertinent, nec in pharmacopoliis vel conservari, vel emi solent, v. c. lac, ova, cerealium farinam, panem, nec in universum fructus recentes, neqve qvæ vulgo ex aliorum mercatorum tabernis petuntur, v. c. vina, aqvas minerales, recepimus.

Nomenclaturam, qvam vocant, in Pharmacopoeis hactenus vulgo usitatam, inconstantia aliisqve gravibus laborare vitiis ideoqve esse multopere merito vituperatam, jam diu inter omnes peritos satis constat. In hisce enim operibus adhuc valent multorum medicamentorum nomina, qvæ arbitrio electa & trivialia sunt, nec non scientifico sensu carent, atqve eapropter difficulter & ediscenda & memoria servanda. In hac Pharmacopoea nomenclaturam, qvantum potuimus, cum hodierna scientia consentaneam adoptare conati, non simplicibus solum, qvæ dicuntur, & crudis materiis atqve præparatis vere chemicis, sed pharmaceuticis etiam talia nomina adsignare studuimus, qvibus vel integra compositio, vel efficacior saltem ejus pars indicari posset. Talis enim nomenclatura & literatum opus, qvalis Pharmacopoea est, maxime decet & memoriæ facillime & firmissime infigitur. Itaqve qvum multa usitata nomina, ubi potuimus, cum aliis scientiæ probatis commutaverimus, medici & pharmaceutæ, ad alia nomina adsveti, initio qvidem sæpe dubitabunt, priusqvam nova cognoverint; brevi autem fore putamus, ut hæc sibi æqve familiaria reddiderint, atqve illa. Neqve igitur Pharmacopoeæ norvegicæ alia eveniet sors, ac aliis Pharmacopoeis, qvæ aliis successerunt, & in universum novis legibus, qvæ antiquas abrogant. Et prodiit Pharmacopoea danica 1805, cujus nomenclatura ab ea, qvam Pharmacopoea danica 1772 præcepit, admodum differt, nulla tamen exinde, qvantum nos qvidem scimus, justa exorta reprehensione. Novæ hujus Pharmacopoeæ nomenclatura, utpote scientifico fundamento constructa, mox naturalis agnoscetur.

a tironibus, qvi nullam hactenus nomenclaturam cognoverunt, longe minori difficultate addiscetur & sine desiderio ab iis commutabitur, qvi hucusqve aliam usurparunt. Qvum vero nomenclatura accurate systematica in multis medicamentis satis longa sit, breviorem subjunximus, qvam medicis & pharmacopolis adhibere licebit.

Qvæ vero nomenclatura qvum aliis valde præstare nobis videatur, eo magis deploramus, nos non potuisse ad omnia pharmaceutica præparata eandem extendere, v. c. ad ea, qvæ e pluribus medicamentis composita sunt, qvorum efficacia non uni, sed omnibus vel pluribus adscribenda sit, v. c. Massam pilularum sedantium, Ungventum aromaticum, et cætera.

Qvum igitur hujus Pharmacopoeæ nomenclatura in permultis medicamentis a vulgari tantopere discrepet, synonyma adjecimus, qvæ vel e Ph. danica 1805 petiimus, vel e recentissimis vicinarum civitatum Pharmacopoeis, sc. Ph. danica 1850, Ph. svecica 1845, Ph. slesvico-holsatica 1831, Codice medicamentario hamburgensi 1852, Ph. borussica 1846, utpote qvas e peregrinis Pharmacopoeis Norvegiæ medici & pharmacopolæ maxime cognoverint & ad qvas præscriptæ formulæ in nostris pharmacopoliis freqventius occurrant. In hisce autem synonymis addendis minus curavimus, eādemne prorsus ratione præpararentur medicamenta, modo eædem vel similes essent substantiæ eorum efficaciores.

Plurimæ Pharmacopoeæ, & antiqviores & recentiores, pharmacognosin qvoqve receptarum materiarum crudarum, nonnullæ præterea a pharmacopolis inde paratarum, exponunt; chemica insuper præparatorum bonitatis signa, colligendi tempus & modum, conservandi rationem, qvin etiam generales medicamentorum dispensandorum regulas plures addunt. Qvæ tamen omnia plerumqve omisimus, qvia in operibus de historia naturali, chemia & pharmacia melius pleniusqve traduntur, magna ex parte ad scientiarum progressus accommodantur, nec in Pharmacopoea aptum tenent locum, qvæ, ut nostra fert opinio, indicem modo medicamentorum,

qvæ regni pharmacopolis suppeditanda sint, addita eorum, qvibus necesse sit, præparandi ratione, continere debet.

Crudis & præparatis medicamentis Pharmacopoeæ duas separatas partes adsignare solent, eo potissimum consilio, ut, qvæ pharmacopolæ emere vel per alios colligere possint, ab iis, qvæ ab ipsis colligenda & præparanda sint, separentur; qvam rationem, difficulter accurate perficiendam, facileqve eludendam ideoqve dubiæ vel vix ullius utilitatis, haud adoptavimus. Omnia igitur medicamina, tam qvæ cruda vocantur, qvam præparata, ex literarum ordine collocanda esse statim constituimus; qvam dispositionem aptam esse, postea nobis etiam magis eo apparuit, qvod & Pharmacopoea borussica 1846 & Adumbratio Pharmacopoeæ austriacæ 1852 eadem usæ sunt.

Plura Salia, Acida aliaqve præparata, tam cruda vel venalia, qvam depurata vel pura, multæ Pharmacopoeæ receperunt. Illa autem, qvippe qvæ alienis materiis commixta sint, qvum medicamentorum loco adhiberi non debeant, nec necessarium, nec justum est, in indicem eorum, qvæ ad medicum usum comparare pharmacopolarum erit, referre; qvapropter ea ex Pharmacopoea nostra exclusimus. Omnia, qvæ e pharmacopoliis ut medicamina dispensantur, præparata pura illa qvidem esse debent, non intellecta tamen, nec postulata accurata puritate chemica, modo pharmaceutica. Acidum hydrochloricum enim vel sulphuricum, licet Ferri, Argillæ, Acidi nitrici, vel Chloras kalicus, licet Chloreti kalici nonnihil contineat, idonea tamen medicamenta juste putantur; eadem vero præparata, si Arsenicum, Plumbum, Cuprum contineant, in medicum usum non sunt adhibenda. Qvanta aliarum immixtarum magis indifferentium materiarum toleranda sit copia, in universum constitui neqvit; interdum enim vel centesima aliena pars nulli erit noxæ, qvum sæpius ducentesima pars vel etiam minor neutiqvam permittenda sit. Præparatum igitur utrum propter alienas mixtiones rejiciendum sit, nec ne, medicorum, qvorum est pharmacopolia inspicere, judicio committendum est.

Medicamenta, qvorum formulæ in Pharmacopoea traditæ sunt, modo hisce præscripto a pharmacopolis ipsis præparanda sunt; præparata autem, qvorum formulæ in Pharmacopoea non sunt indicatæ, aliunde oportet qværendi potestatem habeant; utrobiqve vero bonitatem eorum præstare debent.

In formulis compositis materiarum qvantitates non ad pondus sunt indicatæ, sed ad partes, tam literis, qvam numeris expressas, id qvod mutuas earum rationes magis conspicuas reddit & omnibus, ad qvas compositum medicamentum præparandum est, qvantitatibus qvadrat.

Ad pondus determinandum secundum legem 28 Julii 1824 pondus medicum norvegicum ubiqve adhibitum est. Pharmacopolis vero nostris qvum freqventius eveniat, ut ad peregrinas Pharmocopoeas vel Dispensatoria vel exterorum medicorum formulas sibi oblatas medicamenta præparanda sint, additæ sunt tabulæ, qvæ inter Norvegiæ & plurium peregrinarum terrarum pondera medica rationes monstrant.

Ad caloris gradum constituendum ubiqve thermometro centipartito usi sumus, qvia & commodissimum nobis videtur, & in pluribus Europæ terris adhibetur, & in congressu Scandinaviæ naturæ scrutatorum, Hafniæ 1840 habito, in Scandinavia in doctis operibus adhibitum id volebant.

In indicanda temperatura, qva fluidorum pondus specificum determinatum est, decimus qvintus caloris gradus semper est intellectus, nisi alius sit expresse allatus.

Jam qvod in certis præparatis commiscendis & pharmacopolis & medicis haud minimæ opportunitati erit, si æqvivalentium pondera indicata sint, medicamentis, qvorum chemicæ proportiones cognitæ sunt, formula chemica, compositionem accuratissime ostendens, addita est. Est etiam partium qvantitas & ad æqvivalentium pondus, & ad centesimas partes allata, qva re compositionis ratio statim clarissime perspiciatur.

Etiam in Solutionibus, qvod proxime competit, æquivalentium

pondus indicavimus, qvod in multis casibus utilitatem afferre poterit. Sic medicus Acidum hydrocyanicum dilutum adhibere solet; qvod vero si cum Cyaneto kalico commutandum esse censeat, ita, ut hujus præparati Cyanum ut liberum Acidum hydrocyanicum computetur, Cyaneti kalici dosin, Acido hydrocyanico æqvantem, ex utriusqve præparati æqvivalentium ponderibus facile computare possit.

Plura, qvæ in Pharmacopoeam danicam 1805 recepta sunt, Acida diluta Saliumqve Solutiones pari inter Solvendum & Solvens ratione carent. In universum autem medico proderit confestim scire, qvantam possit talium medicamentorum præscribere dosin, dilutionis gradus justa habita ratione. Talibus igitur Acidis & Solutionibus, qvantum fieri poterit, eandem tribuendam esse dilutionem, rati, efficax medicamen decimam eorundem in universum partem explere debere judicavimus, medicaminibus tamen admodum efficacibus, v. c. Acido hydrocyanico, vel si aqua decimam medicaminis partem haud solvere valeat, v. c. Chloro, exceptis.

Essentias admodum variis substantiarum vegetabilium & extrahentis fluidi, v. c. Spiritus, proportionibus parari, earumqve digestionem tempore & caloris gradu maxime vario perfici, Pharmacopoea danica 1805 jubet; id qvod medicamentorum, qvæ diximus, fortitudinem agendiqve modum multum variat. Ad majorem hujus rei obtinendam stabilitatem, in Essentiis in universum unicam solummodo elegimus proportionem, in qva vel integra materia vegetabilis, vel efficacior ejus pars qvintam Essentiæ partem efficit.

Pro extrahente remedio, perpaucis exceptis, Alcohol adhibuimus, & qvia hujus fortitudo melius, qvam Vini, statui potest, & qvia Vinum alias præterea variat. Alcohol autem alius in aliis substantiis vegetabilibus electum est fortitudinis, ut qvamqve ad extractionem perficiendam aptam esse experientia docuit.

Jam qvod experimenta satis probaverunt, Extractiones facilius citiusqve perfici posse coctione, nec causa est, cur effica-

cem plantæ partem tali ratione vim suam perdere credamus, eam commendavimus. Huc accedit, ut major minorve pro necessitate Essentiarum qvantitas parari possit coctione, sicqve melius caveri liceat, ne differentis efficacitatis præparata fiant.

Extracta mollia facile corrumpi vel exsiccari, aqvæqve evaporatione vel majorem efficaciam vel aliam agendi vim sumere, satis est notum. Extracta vero aqvæ balneo perfecte siccata diu immutata conservantur, id qvod & pharmacopolas a detrimento tutos præstat &, qvantum fieri potest, constantis immutabilisqve medicaminis præparandi copiam facit. Omnia itaqve Extracta, præter perpauca, sicca esse conservanda credidimus. Ad faciliorem vero reddendam evaporationem omnibus fere fortioribus Extractis siccatis Sacchari Lactis qvarta pars apposita est, qvod in præscribendo medicus observare debet. Qvum experimenta probaverint, communis spissitudinis Extracta qvartam in universum ponderis partem siccatione perdere, eorum, qvibus Saccharum Lactis non est appositum, dosis est tres qvadrantes ($^3/_4$) ejus, qva illa Extracta vulgo adhibentur.

Qvum paucæ plantæ medicinales, e qvibus Extracta parentur, in Norvegia nascantur, neqve semper fiat, ut Extracta, e plantis recentibus parata, ab exteris terris advehi possint, omnia Extracta, si perpauca exceperis, e siccatis plantis paranda esse judicavimus. Qvum autem compositio Extracti, modo e recenti, modo e siccata planta parati, non possit, qvin inconstans evadat, omnibus fere eandem parandi rationem constituendam esse putavimus.

Venena, nullo tamen nominatim indicato, in propriis capsis & sub propriis claustris servare lex 4 Decembris 1672, § 22, pharmacopolas jubet; nonnulla modo Arsenici, Plumbi & Hydrargyri venena, in universum octo, lex 1 April 1796 affert, qvibus Phosphorum regium decretum 31 Juli 1846 adjecit; qvæ pharmacopolis solis, certis observatis cautionibus, vendere aliove modo in publicum tradere liceat. Qvum vero multa venena æqve periculosa sint, atqve qvæ diximus, plura etiam periculosiora, ea

qvoqve in indicem eorum, qvæ eodem modo custodienda sunt, monente prudentia, accipienda esse credidimus.

Neqve qvæ hactenus præscriptæ sunt, cautiones ad periculosa remedia in pharmacopoliis custodienda, ad incommoda evitanda sufficere nobis visæ sunt; qvapropter tutiores imperandas esse putavimus easqve commendavimus.

Ut noxæ melius evitentur, medicamenta insuper, qvæ exiguis dosibus intus assumtis periculosos effectus edere valent, asterisco (*) notata sunt, adjectis præterea plurimorum media dosi medica adultis propinanda & dosi plerumqve periculosa.

Ad Specierum & Pulverum subtilitatis gradus accurate determinandos cribra vel pannos cribrarios, variæ densitatis, Specierum nempe duobus & Pulverum tribus, qvi vulgo usurpantur, subtilitatis gradibus: Pulveri crasso, Pulveri communi, Pulveri subtilissimo, accommodatæ, svasimus.

Qvo consumtio melius dijudicari & computari possit, qvantitatem Emplastri massæ, qvam ad pannum certæ magnitudinis illinendum sufficere, experientia duce, vulgo arbitrari licet, indicavimus.

Plures Pharmacopoeæ, v. c. gallicæ & edinburgensis recentiores editiones, würtembergensis 1847, dublinensis 1850, lingvis terrarum vernaculis, græca autem & Americæ unitarum civitatum Pharmacopoeæ & latina & vernacula lingva conscriptæ sunt; qvod vero hodierno etiam tempore graviter est vituperatum. Neqve in vernacula usurpanda illa opera satis sibi constiterunt, qvippe qvæ in medicamentorum nominibus latinam lingvam haud fastidiverint. Horum autem rationem qvominus in hoc opere adhiberemus, causæ fuere, primum qvod lingva latina a cunctis Norvegiæ medicis & pharmacopolis, qvibus præcipue nostra Pharmacopoea conscripta est, satis intelligitur; tum qvod eadem usurpata brevius, clarius & distinctius notiones exprimi possunt; deniqve qvod ita qvoqve melius caveri potest, ne, qvibus non licet, medicinam exerceant. Huc accedit, qvod sperandum est, opus latine conscriptum etiam extra Scandinaviam recensitum iri, id qvod seqventi editioni

gravioris momenti haberi debet, qvodqve, si esset norvegica lingva elaboratum, vix contingeret. Iisdem fere causis & medicorum formulas non solum eadem lingva esse perscribendas, verum aliis præterea securitatis notis instruendas esse putavimus.

Qvæ de Pharmacopoeæ nostræ forma & argumento ejusqve a multis aliis diversitate majoris nobis visa sunt momenti, breviter jam exposuimus, unde nos in antiqvis retinendis novisque accipiendis nihil prorsus temere fecisse, satis appariturum esse speramus. Arduum hoc & grave negotium — idqve primum sui generis in Norvegia periculum — Pharmacopoeam conscribendi ad scientiarum progressus accommodatam, qvæqve desiderium in patria diu perceptum aliqvo modo explere posset, ut pro facultate & viribus rite perficeremus, nulli nos operæ pepercimus. Collegas aliosqve doctos & expertos viros eorumqve opera consuluimus; e talibus vero operibus, qvorum plura præstantiora sunt, nihil directo exscripsimus; in medicamentis eligendis, componendis & præparandis auctoritatibus nunqvam plane confisi sumus, verum & ipsi iterum atqve iterum diligenter exploravimus & perscrutati sumus, qvin freqventius commutavimus, priusqvam demum statuimus, qvæ in medium proferenda viderentur.

Christianiæ die 31 Decembris 1852.

F. Holst,
M. D. & Professor.

Christ. Boeck,
Physiologiæ & Medicinæ veterinariæ Professor.

Peter Møller,
Pharmacopola.

Mensuræ & pondera norvegica,

lege 28 Juli 1824 sancita.

Pes æqvat 139,0808 lineis gallicis & 0,3127423 metri gallici.
Pes in duodecim pollices &
Pollex in duodecim lineas divisus est.
Pes igitur continet 144 lineas.
Mensura, qvam Pot vocamus, æqvalis est 54 pollicibus cubicis $= {}^{54}/_{1728} = {}^{1}/_{32}$ pedis cubici.
Pot in qvatuor partes, Pægle, dividitur.
Pondus mensuræ Pot aqvæ destillatæ, qvarto caloris gradu in spatio aëre vacuo, est 965,0952 grammatum gallicorum.

Libra mercatoria, Skaalpund, est pondus ${}^{1}/_{62}$ pedis cubici norvegici aqvæ destillatæ, qvarto caloris gradu in spatio aëre vacuo, & æqvat 498,1137 grammatibus gallicis.
Libra mercatoria in 32 partes, Lod, &
Lod in qvatuor partes, Qvintin, dividitur.

Ratio inter Libram mercatoriam & Libram medicam = 1:0,7184008.
Libra medica igitur æqvat 357,8452 grammatibus gallicis.
Libra medica continet viginti qvatuor Lod vel duodecim Uncias.
Uncia continet duos Lod vel octo Drachmas.
Drachma, Qvintin æqvalis, continet tres Scrupulos.
Scrupulus continet viginti Grana.
Libra medica igitur continet Drachmas 96,
Scrupulos 288,
Grana 5760.

Ratio

inter pondus medicum norvegicum & pondus gallicum.

Libra medica norvegica	continet grammata	. . .	357,8452.
Uncia „ „	„ „	. . .	29,8204.
Drachma „ „	„ „	. . .	3,7275.
Scrupulus medicus norvegicus	„ „	. . .	1,2425.
Granum medicum norvegicum	„ „	. . .	0,0621.

	Granis	= proxime	Unciis,	Drachmis,	Granis.
Gramma respondet	16,1031	=	„	„	„ 16.
Decagramma „	161,0300	=	„	„	2. 40.
Hectogramma „	1610,3000	=	„	3.	2. 50.
Kilogramma „	16103,0000	=	„	33.	4. 23.
Decigramma „	1,6103	=	„	„	„ $1^3/_5$.
Centigramma „	0,1610	=	„	„	„ $^1/_6$.
Milligramma „	0,0161	=	„	„	„ $^1/_{63}$.

Ratio

inter libras medicas variarum civitatum et grammata gallica.

Libra	medica	borussica continet grammata	350,7834.
—	—	svecica	356,2470.
—	—	hannoverana	357,5668.
—	—	hamburgensis	357,6292.
—	—	würtembergensis	357,6337.
—	—	norimbergensis	357,6639.
—	—	hassica	357,6639.
—	—	danica	357,6639.
—	—	slesvico-holsatica	357,6639.
—	—	fennica	357,6639.
—	—	badensis	357,7800.
—	—	norvegica	357,8452.
—	—	francofurtana	357,8540.
—	—	bavarica	360,0000.
—	—	anglica	372,9986.
—	—	americana	372,9986.
—	—	batava	374,9600.
—	—	belgica	375,0000.
—	—	austriaca	420,0090.
—	—	coloniensis	467,4540.
—	—	gallica	500,0000.

Abbreviata.

Ph. Dan. 05.	significat	Pharmacopoeam danicam 1805.
Ph. Dan. 50.	„	Pharmacopoeam danicam 1850.
Ph. Sv. 45.	„	Pharmacopoeam svecicam 1845.
Ph. Sl. Hols. 31.	„	Pharmacopoeam slesvico-holsaticam 1831.
Ph. Bor. 46.	„	Pharmacopoeam borussicam 1846.
Ph. Hbg. 52.	„	Codicem medicamentarium hamburgensem 1852.

Pharmacopoea norvegica.

ACETAS ÆTHYLICUS.

(*Pharmacopoearum Æther aceticus.*)

$AeO, \overline{Ac}$.

AeO =	462,50	ɔ:	42,05
$\overline{Ac}$ =	637,50	ɔ:	57,95
	1100,00	ɔ:	100,00

Pondus specificum caloris gradu 0 = 0,907. Ebullit caloris gradu 74. Partes centum (100) aqvæ partibus septingentis — septingentis qvinqvaginta (700—750) solvuntur.

* ACETAS CUPRICUS CRYSTALLISATUS.

Acetas cupricus.

(*Ph. Sv. 45. Acetas cupricus. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Cuprum aceticum. Ph. Dan. 50. Cuprum aceticum crystallisatum.*)

$CuO, \overline{Ac}, HO$.

CuO =	495,60	ɔ:	39,79
$\overline{Ac}$ =	637,50	ɔ:	51,18
HO =	112,50	ɔ:	9,03
	1245,60	ɔ:	100,00

Partes centum (100) aqvæ partibus mille qvadringentis (1400) solvuntur.

* ACETAS MORPHINICUS CRYSTALLISATUS.

Acetas morphinicus.

(*Ph. Sv. 45. Acetas morphicus. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Morphium aceticum.*)

$\overset{+}{Mo}, \overline{Ac}, 6HO$.

$\overset{+}{Mo}$ =	3562,50	ɔ:	73,08
$\overline{Ac}$ =	637,50	ɔ:	13,08
$6HO$ =	675,00	ɔ:	13,84
	4875,00	ɔ:	100,00

Dosis media octava—qvarta ($\frac{1}{8}$—$\frac{1}{4}$) grani pars; periculosa granum unum (1).

ACETAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.

Acetas natricus.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Natrum aceticum.*)

NaO, $\bar{A}c$, 6HO.

NaO	=	389,73 ɔ:	22,90
$\bar{A}c$	=	637,50 ɔ:	37,45
6HO	=	675,00 ɔ:	39,65
		1702,23 ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ trecentis (300) solvuntur.

* ACETAS PLUMBICUS CRYSTALLISATUS.

Acetas plumbicus.

(*Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Plumbum aceticum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Plumbum aceticum depuratum. Ph. Sv. 45. Acetas plumbicus.*)

PbO, $\bar{A}c$, 3HO.

PbO	=	1394,65 ɔ:	58,85
$\bar{A}c$	=	637,50 ɔ:	26,90
3HO	=	337,50 ɔ:	14,25
		2369,65 ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ centum qvinqvaginta (150) solvuntur.

* ACETAS STRYCHNINICUS.

(*Ph. Sv. 45. Acetas strychnicus. Hbg. 52. Strychninum aceticum.*)

$\overset{+}{Str} + \bar{A}c + HO$.

Dosis media sedecima—octava ($\frac{1}{16}$—$\frac{1}{8}$) grani pars; periculosa grani qvadrans ($\frac{1}{4}$).

ACETAS ZINCICUS CRYSTALLISATUS.

Acetas zincicus.

(*Ph. Hbg. 52. Zincum aceticum.*)

ZnO, $\bar{A}c$, 3HO.

ZnO	=	506,59 ɔ:	34,19
$\bar{A}c$	=	637,50 ɔ:	43,03
3HO	=	337,50 ɔ:	22,78
		1481,59 ɔ:	100,00

ACETUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Acetum. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Acetum Vini. Ph. Bor. 46. Acetum crudum. Ph. Dan. 50. Acetum Vini crudum.*)

Partes centum (100) debent Acidi acetici qvatuor (4) saltem partes continere & Carbonatis natrici sicci qvatuor partes & duas decimas (4,2) saturare.

ACETUM BULBORUM SCILLÆ.

Acetum Scillæ.

(*Pharmacopoearum Acetum Scillæ vel scilliticum.*)

Rp. Bulborum Scillæ concisorum partem unam. . . . 1.
Aceti partes qvinqve . . . . 5.
Per triduum temperato aëris calore macerata colentur et exprimantur. Affundatur dein
Aceti tantum,
ut remaneant partes qvinqve. . . . . 5.
Filtretur.

ACETUM FRUCTUUM RUBI.

Acetum Rubi.

(*Pharmacopoearum Acetum Rubi Idæi.*)

Rp. Succi Rubi partes tres . . . . 3.
Aceti partem unam . . . . 1.
Sacchari partes duas . . . . 2.
In porcellaneo vel cupreo vase stannato ebullita despumentur & per pannum laneum colentur.

* ACETUM OPII.

Rp. Opii pulverati partes sex . . . . 6.
Stigmatum Croci,
Seminum Myristicæ, concisorum, singulorum partem unam 1.
Aceti partes qvadraginta octo . . . . 48.
Immittantur apparatui, qvi ad Essentiam Aloes parandam adhibetur. Massa per dimidiam horam arenæ balneo coqvatur. Refrigerata filtretur &, filtro Aceto

abluto, aqvæ balneo evaporetur, donec remaneant partes triginta . . . . 30.

Partes centum (100) solubile ex Opii partibus viginti (20) continent.

Dosis media guttæ tres—sex 3—6); periculosa guttæ qvindecim (15).

ACIDUM ACETICUM CONCENTRATUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Acetum concentratum. Ph. Bor. 46. Acidum aceticum. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Acidum aceticum concentratum.*)

$$\bar{A}c + 3HO.$$

$$
\begin{aligned}
C_4H_3 &= Ac = 337{,}50 \\
O_3 &= 300{,}00 \\
\bar{A}c &= 637{,}50 \;\text{ɔ:}\; 65{,}38 \\
3HO &= 337{,}50 \;\text{ɔ:}\; 34{,}62 \\
& 975{,}00 \;\text{ɔ:}\; 100{,}00
\end{aligned}
$$

Pond. sp. 1,078. Ebull. cal. gr. 104. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes sexaginta octo & centesimas duodecim (68,12) saturant.

ACIDUM ACETICUM DILUTUM.

(*Ph. Dan. 05. Acetum destillatum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Acetum dilutum. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Acidum aceticum dilutum. Ph. Bor. 46. Acetum purum.*)

$$\bar{A}c + 51HO.$$

$$
\begin{aligned}
\bar{A}c &= 637{,}50 \;\text{ɔ:}\; 10{,}00 \\
51HO &= 5737{,}50 \;\text{ɔ:}\; 90{,}00 \\
& 6375{,}00 \;\text{ɔ:}\; 100{,}00
\end{aligned}
$$

Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes decem & centesimas qvadraginta tres (10,43) saturant.

* ACIDUM ARSENICOSUM.

(*Pharmacopoearum Arsenicum album.*)

$$AsO_3.$$

$$AsO_3 = 1238{,}80$$

Partes centum (100) Acidi amorphi duobus millibus qvingentis (2500), crystallisati vero octo millibus trecentis triginta tribus (8333) aqvæ partibus solvuntur.

Dosis media grani vicesima—decima ($^1/_{20}$—$^1/_{10}$) pars; periculosa grani qvadrans ($^1/_4$).

ACIDUM BENZOICUM PRÆCIPITATUM.

(*Ph. Dan. 05. Acidum benzoicum. Ph. Sl. Hols. 31. Acidum benzoicum via humida paratum.*)

$\overline{Bz}$, HO.

$C_{14}H_5O_3 = \overline{Bz} = 1412{,}50$ ɔ: 92,62
$HO = 112{,}50$ ɔ: 7,38
$1525{,}00$ ɔ: 100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ vicies mille (20000) solvuntur.

Resinæ Benzoin præcipitatione vel Acidi hippurici decompositione paretur.

Dispensetur, nisi Acidum benzoicum sublimatum expresse præscriptum sit.

ACIDUM BENZOICUM SUBLIMATUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Acidum benzoicum per sublimationem. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Acidum benzoicum.*)

$\overline{Bz}$, HO.

$\overline{Bz} = 1412{,}50$ ɔ: 92,62
$HO = 112{,}50$ ɔ: 7,38
$1525{,}00$ ɔ: 100,00

Resinæ Benzoin sublimatione paretur.

ACIDUM CITRICUM CRYSTALLISATUM.

Acidum citricum.

(*Ph. Dan. 05. Acidum citricum. Ph. Hbg. 52. Acidum citricum crystallisatum.*)

$\overline{Ci}$, 5HO.

$C_{12}H_5O_{11} = \overline{Ci} = 2062{,}50$ ɔ: 78,57
$5HO = 562{,}50$ ɔ: 21,43
$2625{,}00$ ɔ: 100,00

Centum (100) partes septuaginta qvinqve (75) aqvæ partibus solvuntur.

ACIDUM HYDROCHLORICUM CONCENTRATUM.

(*Ph. Dan. 05. Acidum muriaticum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Acidum muriaticum concentratum. Ph. Sv. 45. Acidum hydrochloricum. Ph. Bor. 46. Acidum hydrochloratum. Ph. Hbg. 52. Acidum hydrochloricum concentratum.*)

$HCl + 16HO$.

$HCl =$	455,78 ɔ:	20,20
$16HO =$	1800,00 ɔ:	79,80
	2255,78 ɔ:	100,00

Pond. sp. 1,101. Ebull. cal. gr. 111. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes viginti novem & centesimas qvadraginta septem (29,47) saturant.

ACIDUM HYDROCHLORICUM DILUTUM.

(*Ph. Hbg. 52. Acidum hydrochloricum dilutum.*)

$HCl + 36HO$.

$HCl =$	455,78 ɔ:	10,12
$36HO =$	4050,00 ɔ:	89,88
	4505,78 ɔ:	100,00

Pond. sp. 1,0494. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes qvatuordecim & centesimas septuaginta qvinqve (14,75) saturant.

*ACIDUM HYDROCYANICUM.

(*Ph. Sv. 45. Acidum hydrocyanicum dilutum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Acidum hydrocyanicum. Ph. Bor. 46. Acidum hydrocyanatum.*)

$HCy + 147HO$.

$NC_2 = Cy =$	325,06	
$H =$	12,50	
	337,56 ɔ:	2,00
$147HO =$	16537,50 ɔ:	98,00
	16875,06 ɔ:	100,00

Rp. Cyaneti kalici partes tres . . . . 3.
Aqvæ destillatæ partes sexaginta duas . . . . . 62.
Solutis addantur
Acidi tartarici partes septem . . . . 7.

Mixtione in vitro, statim obturando, bene conqvassata, vitrum aqvæ frigidæ per horam immittatur. Liqvor limpidus a crystallis defundatur & in vitris denigratis, drachmæ capacibus, probe claudendis, caute servetur.

Ex tempore paretur.

Partes centum (100) Cyaneti argentici novem partes & nonaginta duas centesimas (9,92) æqvant.

Dosis media guttæ duæ—tres (2—3); periculosa guttæ qvinqve (5).

ACIDUM NITRICUM CONCENTRATUM.

(*Ph. Dan. 05. Acidum nitricum tenue. Ph. Sl. Hols. 31. Acidum nitricum purum concentratum. Ph. Dan. 50. Acidum nitricum concentratum.*)

$NO_5 + 4HO.$

$NO_5 =$	675,06	ɔ:	60,00
$4HO =$	450,00	ɔ:	40,00
	1125,06	ɔ:	100,00

Pond. sp. cal. gr. 18 = 1,42. Ebull. cal. gr. 123. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci qvinqvaginta novem (59) partes saturant.

ACIDUM NITRICUM DILUTUM.

(*Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Acidum nitricum dilutum.*)

$NO_5 + 54HO.$

$NO_5 =$	675,06	ɔ:	10,00
$54HO =$	6075,00	ɔ:	90,00
	6750,06	ɔ:	100,00

Pond. sp. 1,068. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes novem & decimas octo (9,8) saturant.

ACIDUM PHOSPHORICUM.

(*Ph. Sv. 45. Solutio Acidi phosphorici. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Acidum phosphoricum dilutum.*)

$PO_5 + 71HO.$

$PO_5 =$	892,04	ɔ:	10,05
$71HO =$	7987.50	ɔ:	89,95
	8879,54	ɔ:	100,05

Partes centum (100) partes Carbonatis natrici sicci septem & decimas qvinqve (7,5) saturant.

ACIDUM SUCCINICUM CRYSTALLISATUM.

Acidum succinicum.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Acidum succinicum. Ph. Dan. 50. Acidum succinicum depuratum.*)

$\overline{Su}, 2HO.$

$C_8H_4O_6 = \overline{Su} =$	1250,00	ɔ:	84,75
$2HO =$	225,00	ɔ:	15,25
	1475,00	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ bis mille qvingentis (2500) solvuntur.

ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM.

(*Ph. Dan. 05. Acidum sulphuricum concentratum rectificatum. Ph. Sv. 45. Acidum sulphuricum destillatum. Ph. Dan. 50. Acidum sulphuricum depuratum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Acidum sulphuricum rectificatum. Ph. Sl. Hols. 31. Acidum sulphuricum.*)

$SO_3 + HO$.

SO_3	=	500,00 ɔ:	81,63
HO	=	112,50 ɔ:	18,37
		612,50 ɔ:	100,00

Pond. sp. 1,85. Ebull. cal. gr. 324. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes centum & octo & decimas qvinqve (108,5) saturant.

ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

(*Pharmacopoearum Acidum sulphuricum dilutum.*)

$SO_3 + 40HO$.

SO_3	=	500,00 ɔ:	10,00
$40HO$	=	4500,00 ɔ:	90,00
		5000,00 ɔ:	100,00

Pond. sp. 1,083. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes tredecim & decimas tres (13,3) saturant.

ACIDUM TANNICUM.

(*Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Acidum tannicum.*)

$\overline{Tn}, 3HO$.

$C_{54}H_{19}O_{31}$ = $\overline{Tn}$	=	7387,50 ɔ:	95,63
$3HO$	=	337,50 ɔ:	4,37
		7725,00 ɔ:	100,00

ACIDUM TARTARICUM CRYSTALLISATUM.

Acidum tartaricum.

(*Pharmacopoearum Acidum tartaricum.*)

$\overline{T}, 2HO$.

$C_8H_4O_{10}$ = $\overline{T}$	=	1650,00 ɔ:	88,00
$2HO$	=	225,00 ɔ:	12,00
		1875,00 c:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ centum qvinqvaginta (150) solvuntur.

* ÆRUGO.

(*Pharmacopoearum Ærugo vel Viride Æris.*)

ÆTHER.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Æther sulphuricus. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Æther.*

AeO.

$$C_4H_5 = Ae = 362{,}50$$
$$O = 100{,}00$$
$$\overline{\quad 462{,}50}$$

Pond. sp. cal. gr. 20 = 0,713. Ebull. cal. gr. 35,66. Partes centum (100) partibus aqvæ nongentis (900) solvuntur.

ÆTHER ALCOHOLICUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Spiritus sulphurico-æthereus. Ph. Sv. 45. Æther spirituosus. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Spiritus æthereus.*)

Rp. Ætheris partem unam . . . . 1.
Alcohol rectificatissimi partes tres . . . . 3.
Misceantur.

ÆTHER ALCOHOLICUS CAMPHORATUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Spiritus sulphurico-æthereus camphoratus. Ph. Sv. 45. Solutio Camphoræ spirituoso-ætherea. Ph. Hbg. 52. Spiritus æthereus camphoratus.*)

Rp. Camphoræ concisæ partem unam . . . . 1.
Solvatur in
Ætheris alcoholici partibus sex . . . . 6.

ÆTHEROLEUM CORTICIS CINNAMOMI.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Oleum Cinnamomi. Ph. Sl. Hols. 31. Ol. Cassiæ æthereum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Ol. Cassiæ cinnamomeæ.*)

Cinnamomum aromaticum. Vide corticem.

ÆTHEROLEUM CORTICIS FRUCTUUM CITRI BERGAMIÆ.

Ætheroleum Bergamiæ.

(*Ph. Dan. 05. Oleum Bergamottæ. Ol. corticum Aurantiorum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Ol. Bergamottæ.*)

Citrus Bergamia. Risso. Citrus Limetta Bergamium. L.) Polyadelphia. Icosandria. L. Aurantiaceæ. Endl. & aliorum. Arbor Indiæ orientalis indigena, in Europa meridionali freqventer culta.

ÆTHEROLEUM CORTICIS FRUCTUUM CITRI MEDICÆ.

Ætheroleum Citri.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Oleum de Cedro. Ol. Citri. Ph. Bor. 46. Ol. corticis Citri.*)

Citrus medica. Vide Corticem.

ÆTHEROLEUM FLORUM CARYOPHYLLI.

Ætheroleum Caryophylli.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Bor. 46. Hbg. 52. Oleum Caryophyllorum. Ph. Sl. Hols. 31. Ol. Caryophyllorum æthereum. Ph. Sv. 45. Ætheroleum Caryophyllorum.*)

Caryophyllus aromaticus. Vide Flores.

ÆTHEROLEUM FLORUM LAVANDULÆ.

Ætheroleum Lavandulæ.

(*Ph. Dan. 05. Oleum florum Lavendulæ. Ph. Dan. 50. Ol. Lavendulæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Ol. Lavandulæ.*)

Lavandula Spica. Vide Flores.

ÆTHEROLEUM FOLIORUM RORISMARINI.

Ætheroleum Rorismarini.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Hbg. 52. Oleum herbæ Rorismarini s. Anthos. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Ol. Rorismarini.*)

Rosmarinus officinalis. Vide Folia.

ÆTHEROLEUM FRUCTUUM ANISI.

Ætheroleum Anisi.

(*Ph. Dan. 05. Oleum seminis Anisi. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Ol. Anisi. Ph. Sl. Hols. 31. Ol. Anisi æthereum. Ph. Sv. 45. Ætheroleum Anisi.*)

Pimpinella Anisum. Vide Fructus.

ÆTHEROLEUM FRUCTUUM CARI.

Ætheroleum Cari.

(*Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Oleum seminis Carvi. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Ol. Carvi.*)

Carum Carvi. Vide Fructus.

ÆTHEROLEUM FRUCTUUM CUMINI.

Ætheroleum Cumini.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Oleum Cumini. Ph. Hbg. 52. Ol. seminis Cumini. Ph. Sv. 45. Ætheroleum Cymini.*)

Cuminum Cyminum. Vide Fructus.

ÆTHEROLEUM FRUCTUUM FOENICULI.

Ætheroleum Foeniculi.

(*Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Oleum seminis Foeniculi. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Ol. Foeniculi. Ph. Sv. 45. Ætheroleum Foeniculi.*)

Foeniculum officinale. Vide Fructus.

ÆTHEROLEUM HERBÆ ABSYNTHII.

Ætheroleum Absynthii.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Oleum Absynthii æthereum. Ph. Bor. 46. Ol. Absynthii. Ph. Sv. 45. Ætheroleum Absynthii.*)

Artemisia Absynthium. Vide Herbam.

ÆTHEROLEUM HERBÆ MENTHÆ.

Ætheroleum Menthæ.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Hbg. 52. Oleum herbæ Menthæ crispæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Ol. Menthæ crispæ.*)

Mentha crispa. Vide Herbam.

ÆTHEROLEUM HERBÆ ORIGANI CRETICI.

Ætheroleum Origani.

(*Ph. Dan. 05. Oleum herbæ Origani cretici. Ph. Dan. 50. Ol. Origani cretici.*)

Origanum creticum. L. Didynamia. Gymnospermia. L. Labiatæ. Endl. & aliorum. Suffrutex Europæ meridionalis, inprimis insularum Archipelagi, indigenus.

ÆTHEROLEUM JUNIPERI.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Oleum Juniperi. Ph. Hbg. 52. Ol. Baccarum Juniperi.*)

Juniperus communis. Vide Fructus.

Ex immaturis fructibus & junioribus ramulis destilletur.

ÆTHEROLEUM MELALEUCARUM CRUDUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Oleum Cajeput. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Ol. Cajeputi.*)

Melaleuca Cajeputi. Roxb. M. Leucadendron. L. M. trinervis. Ham. — Polyadelphia. Icosandria. L. Myrtaceæ. Juss. & Endl. Arbores Indiæ orientalis indigenæ.

Dispensetur, nisi Ætheroleum Melaleucarum rectificatum expresse præscriptum sit.

ÆTHEROLEUM MELALEUCARUM RECTIFICATUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Oleum Cajeputi rectificatum.*)

Melaleucæ variæ species. Vide Ætheroleum Melaleucarum crudum.

Rp. Ætherolei Melaleucarum crudi partem unam . . 1.
Aqvæ partes sex . . . . 6.

In cucurbita vitrea tubulata, cui excipulum adaptatum est, fiat destillatio, donec maxima Aqvæ pars & Ætherolei nonnihil transgressa sint. Defuso destillato & Ætheroleo solito modo separato, separataqve Aqva in cucurbitam rursum refusa, eodem modo iteretur destillatio, donec Ætheroleum paululum flavescat. Hoc destillatum tractetur, sicuti prius.

ÆTHEROLEUM PETALORUM ROSÆ.

Ætheroleum Rosæ.

(*Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Oleum Rosarum.*)

Rosa centifolia. Vide Petala.

ÆTHEROLEUM PINORUM CRUDUM.

(*Pharmacopoearum Oleum Terebinthinæ.*)

Pinus sylvestris. L. Pinus Abies. L. Aliæqve species. Vide Balsamum.

E Balsamo Pinorum destilletur.

Dispensetur, nisi Ætheroleum Pinorum rectificatum expresse præscriptum sit.

ÆTHEROLEUM PINORUM RECTIFICATUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Oleum Terebinthinæ rectificatum. Ph. Sv. 45. Ætheroleum Terebinthinæ depuratum.*)

Pinus sylvetris. L. Pinus Abies. L. Aliæqve species. Vide Balsamum.

Ex Ætheroleo Pinorum crudo uti Ætheroleum Melaleucarum rectificatum paretur.

ÆTHEROLEUM SEMINUM BRASSICÆ.

Ætheroleum Brassicæ.

(*Ph. Bor. 46. Oleum Sinapis. Ph. Hbg. 52. Ol. Sinapis destillatum.*)

Brassica sinapioides. Vide Semina.

ALCOHOL RECTIFICATISSIMUM.

(*Ph. Sv. 45. Spiritus concentratus; cæterarum Spir. Vini rectificatissimus.*)

Alc + HO.

C_4H_5O = AeO =	462,50		
HO =	112,50		
Alc =	575,00	ↄ:	83,64
HO =	112,50	ↄ:	16,36
	687,50	ↄ:	100,00

Pond. sp. cal. gr. 15,5 = 0,833. Alcohol anhydri nonaginta (90) centesimas voluminis partes continet.

ALCOHOL RECTIFICATUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Spiritus Vini rectificatus. Ph. Sv. 45. Spir. dilutus.*)

Alc + 4HO.

Alc =	575,00	ↄ:	56,10
4HO =	450,00	ↄ:	43,90
	1025,00	ↄ:	100,00

Pond. sp. cal. gr. 15,5 = 0,901. Alcohol anhydri sexaginta qvinqve (65) centesimas voluminis partes continet.

ALCOHOL TENUE.

Alc + 7HO.

Alc =	575,00	ↄ:	42,20
4HO =	787,50	ↄ:	57,80
	1362,50	ↄ:	100,00

Pond. sp. cal. gr. 15,5 = 0,934. Alcohol anhydri qvinqvaginta (50) centesimas voluminis partes continet.

ALOE.

(*Ph. Dan. 05. Aloë succotrina. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Aloë lucida. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Aloe lucida.*)

Aloe soccotrina. Lam. (A. perfoliata. L. Var. ξ.) A. spicata. Thunb. Aliæqve species. Hexandria. Monogynia. L. Liliaceæ. Endl. — Frutices Africæ meridionalis indigeni, in Indiis & America australi culta.

* AMIDETO—CHLORETUM HYDRARGYRICUM.

(*Ph. Bor. 46. Hydrargyrum amidato—bichloratum.*)

HgAd, HgCl.

2Hg	=	2500,00 ɔ:	79,53
H_2N = Ad	=	200,06 ɔ:	6,37
Cl	=	443,28 ɔ:	14,10
		3143,34 ɔ:	100,00

AMYLUM RADICIS MANIHOT UTILISSIMÆ.

Amylum Manihot.

Manihot utilissima. Pohl. (Iatropha Manihot. L. Ianipha Manihot. Kunth.) Monoecia. Monadelphia. L. Euphorbiaceæ. Juss. & Endl. — Frutex Americæ meridionalis indigenus, ibidem & in Africa & Asia meridionali cultus.

AMYLUM RADICIS MARANTARUM.

Amylum Marantarum.

(*Ph. Dan. 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Amylum Marantæ. Ph. Sv. 45. Arrow-Root.*)

Maranta arundinacea. L. & aliorum. Maranta Indica. Tuss. — Monandria. Monogynia. L. Marantaceæ. Lindl. Cannaceæ. Endl. — Illa in Surinam, St. Vincent, Barbados indigena, hæc ex India orientali in Jamaicam translata.

AMYLUM RADICIS SOLANI TUBEROSI.

Amylum Solani.

Solanum tuberosum. L. Pentandria. Monogynia. L. Solanaceæ. Endl. Planta annua Americæ meridionalis indigena, jam ubiqve fere terrarum culta.

AMYLUM SEMINUM TRITICORUM.

Amylum Triticorum.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Amylum. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Amylum Tritici.*)

Triticum vulgare. Willd. (T. æstivum. L. T. hybernum. L.) T. turgidum. L. Triandria. Digynia. L. Gramineæ. Endl. & aliorum. Plantæ annuæ, patria ignota aut incerta, nobis cultæ.

Amylum Solani vel Triticorum dispensetur, nisi alia species præscripta sit.

AQVA.

HO.

HO = 112,50

a. Aqva communis.

(*Ph. Bor. 46. Aqva communis. Ph. Hbg. 52. Aq. communis s. fontana.*)

Sumatur Aqva, aut fontana, aut fluviatilis, aut pluvialis, & qvæ purissima in promtu est.

b. Aqva destillata.

(*Ph. Dan. 05. Aqva destillata simplex; cæterarum Aq. destillata.*)

Sumatur destillata, si a medico expresse præscripta sit, & si loci medici publici consilio, ob contentas partes solutas, Aqva communis abhiberi neqveat.

AQVÆ EXTEMPORANEÆ.

Rp. Ætherolei partem unam . . . . 1.
Aqvæ destillatæ partes nongentas nonaginta novem 999.
Fortiter qvassando misceantur.
In parandis majoribus qvantitatibus Ætheroleum primum cum minori, dein cum reliqva Aqvæ qvantitate sensim & conqvassando misceatur.

* AQVA AMYGDALARUM AMARARUM DESTILLATA.

Aqva Amygdalarum amararum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Aqva Amygdalarum amararum concentrata. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Aq. Amygdalarum amararum.*)

Rp. Amygdalarum amararum partes sex . . . . . . 6.
Crasse pulveratæ & linteo sacculo immissæ frigida expressione, bis terve repetita, ab oleo pingvi liberentur. Placentæ, in crassum pulverem redactæ & in retortam tubulatam immissæ, affundantur
Aqvæ partes triginta sex . . . . 36.
Bene obturata, calore aëris temperato, assiduo concussu per duodecim horas macerentur. Tum addatur
Alcohol rectificati pars una . . . . 1.
Bene misceantur. Adaptetur excipulum & fiat leni calore destillatio, donec transierint partes sex . . . . . . 6.
In vitris parvis, bene obturatis & charta denigrata obtectis, loco frigido & obscuro servetur.

Dosis media guttæ viginti—triginta (20—30); periculosa guttæ sexaginta (60).

AQVA CORTICIS CINNAMOMI DESTILLATA.

Aqva Cinnamomi.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Aqva Cinnamomi simplex. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Aq. Cinnamomi.*)

Rp. Corticis Cinnamomi concisi partem unam . . . 1.
Aqvæ partes viginti . . . . 20.
E cupreo lebeti stannato immissis destillentur partes decem 10.

AQVA FLORUM CITRI AURANTII DESTILLATA.

Aqva Aurantii.

(*Ph. Dan. 05. Aqva florum Aurantii s. Naphæ. Ph. Sl. Hols. 31. Aq. fl. Aurantiorum. Ph. Sv. 45. Aq. Aurantii. Ph. Dan. 46. Hbg. 52. Aq. fl. Aurantii. Ph. Dan. 50. Aq. fl. Naphæ s. Aurantiorum destillata.*)

Citrus Aurantium. Vide Corticem.

AQVA FLORUM SAMBUCI DESTILLATA.

Aqva Sambuci.

(*Pharmacopoearum Aqva Sambuci.*)

Uti Aqva Corticis Cinnamomi destillata paretur.

AQVA FRUCTUUM FOENICULI DESTILLATA.

Aqva Foeniculi.

(*Pharmacopoearum Aqva Foeniculi.*)

Uti Aqva Corticis Cinnamomi destillata paretur.

AQVA OPII DESTILLATA.

Aqva Opii.

(*Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Aqva Opii.*)

Rp. Opii pulverati partem unam . . . . 1.

Retortæ, excipulo bene clauso munitæ, immisso affunde

Aqvæ partes decem . . . . 10.

Exinde destillentur partes sex . . . . 6.

AQVA PICEA.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Aqva picea.*)

Rp. Picis liqvidæ partem unam . . . . 1.

Lagenæ immissæ sensim assiduo concussu adde

Aqvæ fervidæ partes decem . . . . 10.

Lagena clausa, mixtio subinde conqvassetur, donec refrixerit. Filtretur.

Ex tempore paretur.

AXUNGIA SUIS SCROFÆ DOMESTICI. DEPURATA.

Axungia Suis.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Axungia Porci. Ph. Dan. 50. Ax. Porci lota. Ph. Sl. Hols. 31. Adeps suilla. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Adeps suillus.*)

Sus Scrofa domesticus. L. Mammalia. Pachydermata.

Adeps abdominalis recens, ablatis membranis, minutim concisa, aqva elota, leni calore liquata, per linteum colata & dein refrigerata.

BALSAMUM COPAIFERARUM.

(*Pharmacopoearum Balsamum Copaivæ.*)

Copaifera Jaqvini. Desf. C. officinalis. L. Aliæqve species. Decandria. Monogynia. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. Arbores Americæ meridionalis.

BALSAMUM LARICIS EUROPÆÆ.

Balsamum Laricis.

(*Pharmacopoearum Terebenthina laricina s. veneta.*)

Larix Europæa. DeC. (Pinus Larix. L.) Monoecia. Monadelphia. L. Coniferæ. Juss. Abietineæ. Endl. Arbor Europæ australis & mediæ, nec non Asiæ mediæ & borealis indigena, nobis culta.

BALSAMUM MYROSPERMI PERUIFERI.

Balsamum peruvianum.

(*Pharmacopoearum Balsamum peruvianum s. Bals. peruvianum indicum s. nigrum.*)

Myrospermum peruiferum. DeC. (Myroxylon peruiferum. L.) Decandria. Monogynia. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. — Arbor in Peru, Columbia, Mexico, Nova Granada nascens.

BALSAMUM MYROSPERMI TOLUIFERI.

Balsamum tolutanum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Balsamum tolutanum. Ph. Hbg. 52. Bals. tolutanum s. Opobalsamum.*)

Myrospermum toluiferum. Rich. (Myroxylon toluiferum. Kunth.) Decandria. Monogynia. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. — Arbor Americæ meridionalis.

BALSAMUM PINORUM.

(*Pharmacopoearum Terebinthina communis.*)

Pinus sylvestris. L. P. Abies. L. (Abies excelsa. DeC.) Aliæqvæ species. Monoecia. Monadelphia. L. Coniferæ. Juss. Abietineæ. Endl. Arbores Europæ, Asiæ, Americæ borealis & mediæ indigenæ.

Succus e trunco sauciato vel sponte stillans & depuratus.

BIBORAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.

Biboras natricus.

(*Ph. Dan. 05. Borax veneta. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Borax. Ph. Dan. 50. Borax raffinata. Ph. Hbg. 52. Natrum boracicum.*)

$NaO, 2BoO_3, 10HO.$

NaO =	389,73 ɔ:	16,32
$2BoO_3$ =	872,40 ɔ:	36,55
$10HO$ =	1125,00 ɔ:	47,13
	2387,13 ɔ:	100,00

Partes centum (100) mille ducentis (1200) aqvæ partibus solvuntur.

BICARBONAS KALICUS CRYSTALLISATUS.

Bicarbonas kalicus.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Kali carbonicum acidulum. Ph. Sv. 45. Bicarbonas kalicus. Ph. Hbg. 52. Kali bicarbonicum.)*

$KO, 2CO_2, HO.$

KO =	588,86 ɔ:	47,06
$2CO_2$ =	550,00 ɔ:	43,95
HO =	112,50 ɔ:	8,99
	1251,36 ɔ:	100,00

Partes centum (100) trecentis (300) aqvæ partibus solvuntur.

BIÇARBONAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.

Bicarbonas natricus.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Natrum carbonicum acidulum. Ph. Sv. 45. Bicarbonas natricus. Ph. Hbg. 52. Natrum bicarbonicum.)*

$aO, 2CO_2, HO.$

NaO =	389,73 ɔ:	37,04
$2CO_2$ =	550,00 ɔ:	52,27
HO =	112,50 ɔ:	10,69
	1052,23 ɔ:	100,00

Partes centum (100) nongentis qvinqvaginta (950) aqvæ partibus solvuntur.

BILIS BOVINA SICCATA.

(*Pharmacopoearum Fel Tauri s. bovinum inspissatum.)*

Bos Taurus. L. Mammalia. Ruminantia. L.

Rp. Bilis bovinæ recentis partes duas . . . . 2.
Alcohol rectificatissimi partes tres . . . . 3.

Mixtio conqvassetur & seponatur, donec coagulata sit. Filtretur dein & aqvæ balneo ad siccum evaporata pulveretur.

BIOXALAS KALICUS CRYSTALLISATUS.

Bioxalas kalicus.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Sal Acetosellæ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Oxalium.*)

$$KO, 2\bar{O}x, 3HO.$$

	KO	= 588,86 ↄ:	32,24
$2C_2O_3$ =	$2\bar{O}x$	= 900,00 ↄ:	49,28
	3HO	= 337,50 ↄ:	18,48
		1826,36 ↄ:	100,00

Partes centum (100) qvater mille (4000) aqvæ partibus solvuntur.

BULBI ALLII SATIVI.

Bulbi Allii.

(*Ph. Dan. 05. Radix Allii. Ph. Sv. 45. Bulbi Allii.*)

Allium sativum. L. & aliorum. Hexandria. Monogynia. L. Liliaceæ. Juss., Endl. & aliorum. — In Oriente & Europa meridionali perennis, ubiqve in Europa culta.

Recentes adhibeantur.

BULBI COLCHICI AUTUMNALIS.

Bulbi Colchici.

Ph. Dan. 05. Bor. 46. Radix Colchici. Ph. Sl. Hols. 31. Rad. s. Bulbus Colchici. Ph. Hbg. 52. Rad. s. Bulb. Colchici recens.)

Colchicum autumnale. L. Hexandria. Trigynia. L. Colchicaceæ. DeC. Melanthaceæ. Endl. — Planta perennis in Europa meridionali & media freqvens, apud nos interdum hortensis.

*BULBI SCILLÆ MARITIMÆ.

Bulbi Scillæ.

(*Ph. Dan. 05. Sqvilla s. Scilla. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Radix Scillæ. Ph. Hbg. 52. Rad. Scillæ s. Sqvillæ.*)

Scilla maritima. L. Hexandria. Monogynia. L. Asphodeleæ. Juss. Liliaceæ. Endl. — Planta perennis ad maris mediterranei & atlantici oras arenosas freqvens.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); periculosa grana tria (3).

BYTURUM VACCINUM INSULSUM.

Butyrum.

Bos Taurus. L. Foemina.

Butyrum, e lactis cremore separatum, potissimum recens, nullo modo rancidum, balneo aqvæ liqvetur. Seponatur, donec sordes fundum petierint. Liqvor limpidus per pannum linteum defundatur & deinde aqva tepida abluatur, donec omne sal separatum sit.

CALCARIA CHLORATA.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Calcaria oxymuriatica v. chlorata. Ph. Sv. 45. Hypochloris calcicus. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Calcaria hypochlorosa. Ph. Dan. 50. Calcaria chlorata.*)

Rp. Chloreti natrici crasse pulverati partes duodecim 12.
Superoxydi manganici partes novem . . . . . . 9.

Bene commixta ollæ lapideæ, magna apertura præditæ et in balneo aqvæ positæ, immittantur. Ollæ aperturæ applicentur tubuli duo, alter securitatis, alter vitreus curvatus, qvi in lagenam Woulfianam, aqvæ nonnihil continentem, intrat. Huic lagenæ tubulus vitreus applicetur, conjunctus cum vase, cui inest Hydras calcicus, paratus e

Calcariæ causticæ partibus qvinqve . . . . 5.
Aqvæ partibus duabus . . . . 2.

Apparatu ita composito & juncturis massa e farina linea confecta bene clausis, ollæ, chlori mixtionem continenti, per securitatis tubulum sensim immittatur mixtio, parata ex

Acidi sulphurici concentrati venalis,
Aqvæ, singulorum partibus viginti septem . . . 27.

Quum Chlori evolutio diminui inceperit, balneum aqvæ paulatim ad coctionis calorem calefiat, qvæ temperatura conservanda est, qvamdiu Chlorum evolvatur. Sub hac operatione subinde succutiendus est Hydras calcicus. Peracta Chlori evolutione, Calcaria chlorata eximatur & in crassum pulverem redacta in vasis minoribus bene obturatis, contra aëris & lucis vim munitis, conservetur.

Centum (100) partes octodecim—viginti (18—20) Chlori partes continere debet.

CAMPHORA LAURI CAMPHORÆ DEPURATA.

Camphora.

(*Pharmacopoearum Camphora, C. raffinata s. depurata.*)

Laurus Camphora. L. (Persea Camphora. Spr. Camphora officinarum. J. Nees. Cinnamomum Camphora. F. Nees.) Enneandria. Monogynia. L. Laurineæ. Endl. & aliorum. Arbor Chinæ, Japan aliarumqve Asiæ regionum indigena.

*CANTHARIDES.

(*Pharmacopoearum Cantharides.*)

Cantharis vesicatoria. Geoffr. (Meloe vesicatorius. L. Lytta vesicatoria. Fabr.) Insecta. Coleoptera. L. Insectum in Europa media & australi Fraxinum, Syringam, Sambucum aliasqve plantas mensibus Junio & Julio gregatim devastans.

Insecta integra.

Dosis media granum dimidium ($^1/_2$); periculosa grana duo (2).

CARBO CARNIS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Carbo carnis. Ph. Hbg. 52. Carbo animalis.*)

Caro vitulina, a pingvedine & ossibus liberata, in frustula dissecta & bene siccata, immittatur crucibulo, qvod operculo parvo, foramine prædito, claudatur, deinde tarde calefiat, pedetentim spumam auferendo, donec omnes volatiles partes extricatæ sint. Carbo in fundo collectus & bene obtectus modice incandescat, in subtilissimum pulverem redigatur.

CARBO LIGNI.

(*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Carbo præparatus; aliarum Carbo ligneus vel vegetabilis præparatus.*)

Juniores Populi vel Alni ramuli, decorticati, in crucibulo leviter clauso vel alio idoneo apparatu comburantur, donec omnes volatiles partes extricatæ sint. Carbones exinde orti in subtilissimum pulverem redigantur, aqvæ sufficiente qvantitate excoqvantur & fortiori calore bene exsiccentur.

CARBONAS CALCICUS.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Creta alba.*)

CaO, CO_2.

CaO =	350,00	ɔ:	56,00
CO_2 =	275,00	ɔ:	44,00
	625,00	ɔ:	100,00

CARBONAS KALICUS.

(*Ph. Dan. 05. Kali carbonicum. Ph. Sv. 45. Carbonas kalicus purus. Cæterarum Kali carbonicum purum.*)

KO, CO_2.

KO =	588,86	ɔ:	68,17
CO_2 =	275,00	ɔ:	31,83
	863,86	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ centum (100) solvuntur.

CARBONAS KALICUS CRUDUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Kali carbonicum depuratum e cineribus clavellatis. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Kali carbonicum depuratum.*)

Potassa calcinata venalis, qvæ Carbonatis kalici septuaginta qvinqve (75) saltem centesimas partes continere debet.

CARBONAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.

(*Ph. Dan. 05. Natrum carbonicum. Ph. Sv. 45. Soda depurata. Cæterarum Natrum carbonicum depuratum.*)

$NaO, CO_2, 10HO$.

NaO =	389,73	ɔ:	21,78
CO_2 =	275,00	ɔ:	15,36
$10HO$ =	1125,00	ɔ:	62,86
	1789,73	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ octoginta qvinqve (85) solvuntur.

CARBONAS NATRICUS SICCUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Natrum carbonicum depuratum siccatum. Ph. Bor. 46. Natrum carbonicum depuratum siccum. Ph. Hbg. 52. Natrum carbonicum siccatum.*)

NaO, CO_2.

NaO =	389,73	ɔ:	58,63
CO_2 =	275.00	ɔ:	41,37
	664,73	ɔ:	100,00

Partes centum (100) cal. gr. 20 aqvæ partibus trecentis nonaginta tribus (393) solvuntur.

CASTOREUM.

Castor Fiber. L. Mammalia. Glires. L. Animal Europam & Asiam septentrionalem & mediam, nec non Americam mediam & borealem habitans.

Secretum in folliculis inter anum & genitalia utriusqve sexus positis contentum.

a. Castoreum canadense.

(*Pharmacopoearum Castoreum canadense s. anglicum.*)

b. Castoreum russicum.

(*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Castoreum borussicum, russicum, polonicum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. C. moscoviticum.*)

c. Castoreum norvegicum.

Castoreum canadense dispensetur, nisi russicum vel norvegicum expresse præscriptum sit.

CATAPLASMA TANNATIS PLUMBICI.

(*Ph. Bor. 46. Cataplasma ad decubitum. Ph. Dan. 50. Ungventum qvercinum. Ph. Hbg. 52. Plumbum tannicum.*)

Rp. Corticis Qvercuum concisi partem unam . . . . 1.
Aqvæ partes sedecim . . . . 16.
Coqvantur ad colaturam partium octo . . . . . 8.
Addatur sensim
Solutio Acetatis sesqviplumbici concentrata,
qvamdiu sedimentum demittatur. Deinde filtro immittatur *&* abluatur.
Ex tempore paretur.

CERA.

Apis mellifica. L. Insecta. Hymenoptera. L. Animal satis cognitum.

a. Cera flava.

b. Cera alba.

(*In aliis Pharmacapoeis eadem nomina.*)

Cera flava dispensetur, nisi alba expresse præscripta sit.

CERATUM CETACEI.

(Ph. Sl. Hols. 31. Ceratum Cetacei album. Ph. Sv. 45. Ceratum album. Ph. Bor. 46. Ceratum Cetacei. Ph. Hbg. 52. Ungventum Ceræ compositum.)

Rp. Ceræ albæ,
Cetacei,
Pingvolei Oleæ optimi, singulorum partes æqvales.
Liqvefacta mixtio in cistulas papyraceas effundatur et refrigerata in taleolas dissecta servetur.

CERATUM LABIALE.

(Ph. Dan. 05 & 50. Cera ad labia.)

Rp. Ceræ albæ partes qvatuordecim . . . . 14.
Cetacei partes viginti . . . . 20.
Pingvolei Amygdalarum partes qvadraginta . . 40.
Balneo vaporis colliqvatis addantur
Radicis Alkannæ, crasse pulveratæ, partes sex 6.
Per aliqvot horæ sexagesimas digesta colentur. Addantur
Ætherolei Bergamiæ,
— Citri, singulorum partes tres . . . . . 3.
Bene mixta & colata in capsulas papyraceas effundantur.

CETACEUM.

(Pharmacopoearum Cetaceum s. Sperma Ceti.)

Physeter macrocephalus. L. & fortasse aliæ species. Mammalia. Cetacea. L. Animal Oceani.

CETRARIA ISLANDICA.

Cetraria.

(Pharmacopoearum Lichen s. Muscus islandicus.)

Cetraria islandica. Ach. (Lichen Islandicus. L. Parmelia islandica. Spr.). Cryptogamia. Lichenes. L. Hymenothalami. Endl. Planta perennis alpina in Europa boreali freqvens.

CETRARIA ISLANDICA ELOTA.

Cetraria elota.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Lichen islandicus edulcoratus. Ph. Sv. 45. Lichen islandicus præparatus.*)

Rp. Cetrariæ concisæ partem unam . . . . 1.
Aqvæ partes octo . . . . 8.
Per duodecim horas calore aëris temperato macerata defundatur, exprimatur & siccetur.

CHLORAS KALICUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Kali muriaticum hyperoxygenatum. Ph. Bor. 46. Kali chloricum depuratum. Ph. Hbg. 52. Kali chloricum.*)

KO, ClO_5.

$KO =$	588,86	ɔ:	38,43
$ClO_5 =$	943,28	ɔ:	61,57
	1532,14	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ mille septingentis (1700) solvuntur.

CHLORETUM AMMONICUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Ammonium muriaticum depuratum. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Sal ammoniacum depuratum. Ph. Bor. 46. Ammoniacum hydrochloratum depuratum. Ph. Hbg. 52. Ammonium hydrochloricum depuratum.*)

Am, Cl.

$NH_4 = Am =$	225,06	ɔ:	33,67
$Cl =$	443,28	ɔ:	66,33
	668,34	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ ducentis septuaginta duabus (272) solvuntur.

*CLORETUM AURICO—NATRICUM CRYSTALLISATUM.

Chloretum aurico-natricum.

(*Ph. Sv. 45. Chloretum aurico-natricum. Ph. Bor. 46. Auro-Natrium chloratum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Aurum muriaticum natronatum. Ph. Hbg. 52. Aurum chloratum natronatum.*)

$NaCl, AuCl_3, 4HO.$

$NaCl$ = 733,01 ɔ: 14,75
$AuCl_3$ = 3788,17 ɔ: 76,20
$4HO$ = 450,00 ɔ: 9,05
4,971,18 ɔ: 100,00

Dosis media grani octava—qvarta ($^1/_8$—$^1/_4$) pars; periculosa granum unum (1).

CHLORETUM BARYCUM CRYSTALLISATUM.

Chloretum barycum.

(*Ph. Sv. 45. Chloretum baryticum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Baryum chloratum. Cæterarum Baryta muriatica.*)

$BaCl, 2HO.$

$BaCl$ = 1300,05 ɔ: 85,25
$2HO$ = 225,00 ɔ: 14,75
1525,05 ɔ: 100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ ducentis triginta (230) solvuntur.

CHLORETUM CALCICUM CRYSTALLISATUM.

Chloretum calcicum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Calcaria muriatica. Ph. Sv. 45. Chloretum calcicum. Ph. Hbg. 52. Calcium chloratum crystallisatum.*)

$CaCl, 2HO.$

$CaCl$ = 693,28 ɔ: 75,50
$2HO$ = 225,00 ɔ: 24,50
918,28 ɔ: 100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ viginti qvinqve (25) solvuntur.

CHLORETUM FERRICUM CRYSTALLISATUM.

Chloretum ferricum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Ferrum muriaticum oxydatum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Ferrum chloratum. Ph. Sv. 45. Chloretum ferricum.*)

$Fe_2Cl_3, 12HO.$

Fe_2Cl_3 = 2030,04 ɔ: 60,06
$12HO$ = 1350,00 ɔ: 39,94
3380,04 ɔ: 100,00

*CHLORETUM HYDRARGYRICUM CORROSIVUM.

(*Ph. Sv. 45. Chloretum hydrargyricum corrosivum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Hydrarbygrum chloratum corrosivum. Cæterarum Hydrargyrum muriaticum corrosivum.*)

$Hg, Cl.$

Hg =	1250,00	ɔ:	73,82
Cl =	443,28	ɔ:	26,18
	1693,28	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ mille sexcentis (1600) solvuntur. Dosis media grani octava—qvarta ($^1/_8$—$^1/_4$) pars; periculosa granum dimidium ($^1/_2$).

*CHLORETUM HYDRARGYROSUM MITE PRÆCIPITATUM.

Chloretum hydrargyrosum præcipitatum.

(*Ph. Sv. 45. Dan. 50. Hydrargyrum muriaticum mite præcipitatum.*)

$Hg_2, Cl.$

Hg_2 =	2500,00	ɔ:	84,94
Cl =	443,28	ɔ:	15,06
	2943,28	ɔ:	100,00

*CHLORETUM HYDRARGYROSUM MITE SUBLIMATUM.

Chloretum hydrargyrosum mite.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Hydrargyrum muriaticum mite. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Hydrargyrum chloratum mite. Ph. Dan. 50. Hydrargyrum muriaticum mite sublimatum.*)

$Hg_2, Cl.$

Hg_2 =	2500,00	ɔ:	84,94
Cl =	443,28	ɔ:	15,06
	2943,28	ɔ:	100,00

Dispensetur, nisi Chloretum hydrargyrosum præcipitatum expresse præscriptum sit.

CHLORETUM NATRICUM.

(*Ph. Dan. 05. Sal gemmæ, Sal culinare. Ph. Sv. 45. Sal commune v. culinare. Ph. Dan. 50. Natrum muriaticum. Ph. Bor. 46. Natrium chloratum. Ph. Hbg. 52. Natrum muriaticum depuratum.*)

$Na, Cl.$

Na =	289,73	ɔ:	39,53
Cl =	443,28	ɔ:	60,47
	733,01	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ ducentis septuaginta (270) solvuntur.

COLLODIUM.

(*Ph. Hbg. 52. Collodium.*)

Rp. Nitratis kalici pulverati partes viginti . . . . . . 20.

Vitreo vasi immissis addantur

Acidi sulphurici pond. sp. 1,84 partes triginta duæ 32.

Mixtio vitreo pistillo agitetur, donec Nitras kalicus liqvefiat. Immergatur dein

Gyssopii americani optimi carminati pars una . . . 1.

Bene agitata mixtione, vas vitrea lamina obtegatur & per viginti qvatuor horas caloris gradu tricesimo digeratur. Tunc Gossypium tepida aqva probe eluatur, usqvedum portiuncula ejusdem, in eadem aqva cocta, sese ab Acido sulphurico omnino liberam exhibeat. Leni calore perfecte exsiccetur.

Gossypii ita præparati (Gossypii fulminantis) parti uni 1

vitro, angusta apertura prædito, immissæ addantur

Ætheris partes sedecim . . . . 16.

Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . . 4.

Commixta seponantur, sæpius conqvassanda, donec Gossypium solutum sit.

COLOPHONIUM.

(*Pharmacopoearum Colophonium.*)

Pinus sylvestris. L. P. Abies. L. (Abies excelsa. DeC.) Vide Balsamum Pinorum.

Resina, vel e Resina communi fusa, vel e residuo post Ætherolei Pinorum præparationem obtenta.

CONCHÆ OSTREÆ EDULIS MUNDATÆ.

Conchæ Ostreæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Conchæ.*)

Ostrea edulis. L. Mollusca. Acephala. Cuv. — Ad litora totius fere Norvegiæ, Oceani atlantici, maris mediterranei & septentrionalis freqvens.

A sordibus bene purgatæ aqva communi decoqvantur, scopis a qvisqviliis mundentur, deinde probe abluantur & siccentur.

* CONIINUM.

(*Ph. Bor. 46. Coniinum.*)

$C_{16}H_{15}N$.

Pond. sp. 0,89. Ebull. cal. gr. 212. Partes centum (100) mille (1000) aqvæ partibus solvuntur.

Dosis media grani sexagesima—qvadragesima ($^1/_{60}$—$^1/_{40}$) pars; periculosa grani vicesima ($^1/_{20}$) pars.

CORNU CERVORUM RASUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Cornu Cervi. Ph. Sv. 45. C. C. integrum & rasum. Ph. Hbg. 52. C. C. raspatum.*)

Cervus Elaphus. L. C. Tarandus. L. C. Alces. L. Mammalia. Ruminantia. L. — Animalia Norvegiæ indigena.

CORTEX CANELLÆ ALBÆ.

Cortex Canellæ.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Canella alba. Ph. Hbg. 52. Cortex Canellæ albæ.*)

Canella alba. Murr. (Winterania Canella. L.). Dodecandria. Monogynia. L. Meliaceæ. Juss. Clusiaceæ. Endl. — Arbor Indiæ occidentalis.

CORTEX CINCHONÆ FUSCUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Cortex Chinæ fuscus. Ph. Sv. 45. China grysea de Huanuco.*)

Cinchona Condaminea. Humb. & Bonpl. (Cinchona officinalis L.?) Pentandria. Monogynia. L. Rubiaceæ. Juss. & Endl. — Arbor Americæ meridionalis, inprimis regionis Loxa, in jugis montanis nascens.

CORTEX CINCHONÆ REGIUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Cortex peruvianus flavus s. regius. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. C. Chinæ regius. Ph. Sv. 45. Cinchona v. China regia.*)

Cinchona lancifolia. Mut. (Cinchona lanceolata & nitida. R. & P.?) — Arbor in Columbiæ jugis montanis freqvens.

CORTEX CINCHONÆ RUBER.

(*Ph. Dan. 05. Cortex peruvianus ruber. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Cortex Chinæ ruber.*)

Cinchona magnifolia. R & P.? (C. oblongifolia Mut. Humb. & Bonpl.?) Arbor montanarum Columbiæ regionum.

CORTEX CINNAMOMI AROMATICI.
Cortex Cinnamomi.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Cassia cinnamomea. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Cortex Cassiæ cinnamomeæ.*)

Cinnamomum aromaticum. C. G. Nees. (Laurus Cassia. Aitk. Laurus Cinnamomum. Lour. Persea Cassia. Spr.) Enneandria. Monogynia. L. Laurineæ. Kunth & Endl. Arbor, Chinæ & Cochinchinæ indigena, in India orientali freqvens.

CORTEX CROTONIS ELUTERIÆ.
Cortex Eluteriæ.

(*Ph. Dan. 05. Cascarilla. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Cortex Cascarillæ.*)

Croton Eluteria. Sw. (Clutea Eluteria. L.) Monoecia. Monodelphia. L. Euphorbiaceæ. Juss. & Endl. Frutex in Antillis, inprimis in Jamaica, freqvens.

CORTEX DAPHNES MEZEREI.
Cortex Daphnes.

(*Ph. Dan. 50. Mezereum; cæterarum Cortex Mezerei.*)

Daphne Mezereum. L. Octandria. Monogynia. L. Thymelææ. Juss. Daphnoideæ. Endl. Frutex in Asia & Europa, etiam Norvegia, freqvens.

Cortex vere, florente planta, collectus.

CORTEX FRUCTUUM CITRI AURANTII EXTERIOR.
Cortex fructuum Aurantii.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Cortex Aurantiorum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Cortex fructuum Aurantii.*)

Citrus Aurantium. L. Polyadelphia. Icosandria. L. Aurantiaceæ. DeC., Endl. & recentiorum. Arbor Indiæ orientalis indigena, in Europa meridionali freqventer culta.

CORTEX FRUCTUUM CITRI MEDICÆ EXTERIOR.

Cortex fructuum Citri.

(*Ph. Bor. 46. Cortex fructus Citri; cæterarum Cortex Citri.*)

Citrus medica. L. Arbor Europæ mediæ & australis.

CORTEX FRUCTUUM JUGLANDIS REGIÆ EXTERIOR.

Cortex fructuum Juglandis.

(*Ph. Dan. 05. Cortex fructus Juglandis regiæ exterior. Ph. Sl. Hols. 31. Cortex nucum Juglandis viridis. Ph. Sv. 45. Putamina Juglandis. Ph. Hbg. 52. Cortex externus s. Putamina nucum Juglandis.*)

Juglans regia. L. Monoecia. Polyandria. L. Juglandeæ. DeC. & Endl. Arbor Persiæ & Indiæ orientalis indigena, in Europa media & meridionali, raro in Norvegia, culta.

Cortex drupæ nondum plane maturæ siccatus.

CORTEX QVERCUUM.

(*Pharmacopoearum Cortex Qvercus.*)

Qvercus Robur. L. Q. pedunculata. Willd. (Q. sesseliflora. Sm.) Monoecia. Polyandria. L. Cupuliferæ. Bisch. & Endl. Arbores in Europa freqventes.

Cortex ramulorum vere, anteqvam folia provenerint, detractus.

CORTEX RADICIS PUNICÆ GRANATI.

Cortex Punicæ.

(*Ph. Dan. 50. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Cortex radicis s. radicum Granati.*)

Punica Granatum. L. Icosandria. Monogynia. L. Myrtaceæ. Juss. & Endl. Arbor Indiæ orientalis & Africæ indigena, in Europa australi, inprimis Hispania, culta.

Cortex radicis recens siccato præferendus.

CORTEX SALICUM.

(*Pharmacopoearum Cortex Salicis.*)

Salix alba. L. S. fragilis. L. S. pentandra. L. Dioecia. Diandria. L. Salicineæ. Rich. & Endl. Arbores in Norvegia freqventes.

Cortex ramorum juniorum.

CORTEX ULMI CAMPESTRIS.

Cortex Ulmi.

(*Pharmacopoearum Cortex Ulmi interior.*)

Ulmus campestris. L. Pentandria. Digynia. L. Urticeæ. Juss. Ulmaceæ. Agardh & Endl. Arbor Norvegiæ.

Cortex interior ramorum non nimis tenuium, detracto exteriore. Vere colligendus.

*CREOSOTUM.

(*Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Creosotum v. Kreosotum.*)

$C_{12}H_5O, HO.$

$C_{12}H_5O$ =	1062,5	ɔ:	90,43
HO =	112,5	ɔ:	9,57
	1175,0	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ octies mille (8000) solvuntur.

Dosis media gutta una (1); periculosa guttæ tres (3).

CYANETUM FERROSO—KALICUM CRYSTALLISATUM.

Cyanetum ferroso-kalicum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Kali ferreo-borussicum. Ph. Bor. 46. Ferro-Kalium cyanatum flavum. Ph. Hbg. 52. Kali ferroso-hydrocyanicum.*)

2KCy, FeCy, 3HO.

2KCy =	1627,83	ɔ:	61,65
FeCy =	675,16	ɔ:	25,57
3HO =	337,50	ɔ:	12,78
	2640,49	ɔ:	100,00

Partes centum (100) qvadringentis (400) aqvæ partibus solvuntur.

*CYANETUM KALICUM.

(*Ph. Sv. 45. Cyanetum kalicum.*)

$K, Cy.$

$$K = 488{,}86 \;\mathrm{ɔ:}\; 60{,}06$$
$$CN_2 = Cy = 325{,}06 \;\mathrm{ɔ:}\; 39{,}94$$
$$813{,}92 \;\mathrm{ɔ:}\; 100{,}00$$

Dosis media octava—sexta ($^1/_8$—$^1/_6$) grani pars; periculosa granum dimidium ($^1/_2$).

DECOCTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII ACIDUM.

Decoctum Cinchonæ acidum.

Rp. Corticis Cinchonæ regii contusi partes octo . . 8.
Acidi sulphurici diluti partem unam . . . . 1.
In porcellaneo vase per horæ qvadrantem coqvantur cum
Aqvæ tanta qvantitate,
qvanta sufficiat ad colaturam expressam partium octoginta . 80.

DECOCTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII AROMATICUM ACIDUM.

Decoctum Cinchonæ aromaticum acidum.

Rp. Decocti corticis Cinchonæ regii simplicis partes qvadraginta octo . . . . 48.
Essentiæ aromaticæ acidæ partem unam . . . . 1.
Misceantur.

DECOCTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII CUM POLYGALA.

Decoctum Cinchonæ cum Polygala.

(*Ph. Dan. 50. Decoctum corticis Chinæ cum Senega.*)

Rp. Corticis Cinchonæ regii contusi partes tres . . 3.
Radicis Polygalæ concisæ partem unam . . . . 1.
Per dimidiam horam coqvantur cum
Aqvæ tanta qvantitate,
qvanta sufficiat ad colaturam expressam partium qvadraginta . 40.

DECOCTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII SIMPLEX.

Decoctum Cinchonæ simplex.

(*Ph. Sv. 45. Decoctum Cinchonæ.*)

Rp. Corticis Cinchonæ regii contusi partem unam . 1.
Per dimidiam horam coqvatur cum
Aqvæ tanta qvantitate,
qvanta sufficiat ad expressam colaturam partium decem 10.

DECOCTUM FOLIORUM CASSIARUM COMPOSITUM.

Decoctum Cassiarum compositum.

(*Pharmacopoearum Infusum Sennæ compositum.*)

Rp. Foliorum Cassiarum concisorum partes octo . . 8.
Tartratis bikalici partes tres . . . . 3.
Concisis et contusis affundantur
Aqvæ partes nonaginta sex . . . . 96.
Coqvantur ad expressam colaturam partium sexaginta . 60.
In decocto solvantur
Mannae partes viginti . . . . 20.
Coletur.

DECOCTUM RADICIS POLYGALÆ.

Decoctum Polygalæ.

Rp. Radicis Polygalæ concisæ partem unam . . . . 1.
Per dimidiam horam coquatur cum
Aqvæ tanta qvantitate,
qvanta sufficiat ad colaturam expressam partium decem 10.

DECOCTUM RADICIS SMILACUM COMPOSITUM FORTIUS.

Decoctum Smilacum compositum fortius.

(*Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Decoctum Zittmanni fortius. Ph. Hbg. 52. Decoctum Sarsaparillæ compositum forte.*)

Rp. Radicis Smilacum concisæ partes nonaginta sex 96.
Infunde
Aqvæ partium sex millia nongentas duodecim . 6912.
Per viginti qvatuor horas digestis adde
Sacchari,
Sulphatis aluminico-kalici crystallisati,
pulveratorum, singulorum partes sex 6.
Chloreti hydrargyrosi mitis pulverati partes qvatuor . 24.
Sulphureti hydrargyrici pulverati partem unam 1.
Sacculo linteo inclusa in ferrea olla vitreata coqve, dum remanserint partium duo millia trecentæ qvatuor 2304.
Sub finem coctionis addantur
Fructuum Anisi,
— Foeniculi,
contusorum, singulorum partes qvatuor 4.
Foliorum Cassiarum concisorum partes viginti qvatuor . 24.
Radicis Glycyrrhizarum concisæ partes duodecim 12.
Exprime & cola. Colaturam, per aliqvod tempus sepositam, defunde.

Linteum, e qvo confectus est sacculus, tantæ sit subtilitatis, ut sexaginta — septuaginta fila pollicem expleant.

DECOCTUM RADICIS SMILACUM COMPOSITUM MITIUS.

Decoctum Smilacum compositum mitius.

(*Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Decoctum Zitmanni mitius. Ph. Hbg. 52. Decoctum Sarsaparillæ compositum tenue.*)

Rp. Radicis Smilacum concisæ partes qvadraginta octo 48.

Specierum, e Decocto fortiori residuarum, partium duo millia trecentas qvatuor . 2304.

Mixta coqvantur cum

Aqvæ partium sex millibus nongentis duodecim 6912,

dum remanserint partium duo millia trecentæ qvatuor 2304.

Sub finem coctionis addantur

Corticis Citri,

— Cinnamomi,

Seminum Elettariæ,

Radicis Glycyrrhizarum, contusorum, singulorum partes tres 3.

Exprime & cola. Colaturam, per aliqvod tempus sepositam, defunde.

ELÆOSACCHARA.

(*Pharmacopoearum Elaeosacchara.*)

Rp. Sacchari partes nonaginta novem . . . . 99.

Ætherolei partem unam . . . . 1.

In mortario in pulverem conterantur.

Ex tempore parentur.

ELECTUARIUM ANTHELMINTHICUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Electuarium Seminis Cynæ compositum. Ph. Dan. 50. Electuarium anthelminthicum.*)

Rp. Florum Artemisiæ partes qvatuor . . . . 4.

Radicis Valerianæ,

— Ipomæarum, singulorum partem unam . 1.

Sulphatis kalici partes duas . . . . 2.

Pulverata & bene commixta conterantur cum

Oxymellis scillitici partibus viginti . . . . 20.

Ex tempore paretur.

ELECTUARIUM APERIENS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Electuarium aperiens.*)

Rp. Foliorum Cassiarum pulveratorum partes duas . 2.

Tartratis bikalici pulverati partem unam . . . . 1.

Pulpæ Tamarindi partes qvatuor . . . . 4.
Syrupi Mannæ partes octo . . . . 8.
Terendo commisceantur.

ELECTUARIUM AROMATICUM.

Rp. Radicis Archangelicæ partes sex . . . . 6.
— Valerianæ partes qvatuor . . . . 4.
Corticis Cinnamomi partes duas . . . . 2.
Seminum Elettariæ,
Florum Caryophylli,
Gummi-resinæ Balsamodendri,
Stigmatum Croci,
Sulphatis ferrosi, singulorum partem unam . . 1.
Seorsum pulveratis & bene commixtis assiduo concussu addantur
Mellis despumati partes qvadraginta octo . . . 48.

ELECTUARIUM THERIACA.

(*Ph. Dan. 05. Electuarium Theriaca. Ph. Sl. Hols. 31. Elect. theriacale.*)

Rp. Radicis Archangelicæ partes sex . . . . 6.
— Serpentariæ partes qvatuor . . . . 4.
— Valerianæ,
Bulborum Scillæ,
Corticis Cinnamomi, singulorum partes duas . . 2.
Seminum Elettariæ,
Florum Caryophylli,
Gummi-resinæ Balsamodendri,
Stigmatum Croci,
Sulphatis ferrosi, singulorum partem unam . . . 1.
Seorsum pulveratis & commixtis paulatim & triturando addantur
Mellis despumati partes septuaginta octo 78,
qvibuscum exacta trituratione mixta est

Opii pulverati pars una . . . . 1.

Partes centum (100) solubile ex una (1) Opii parte continent.

ELIXIR ACIDUM.

(Ph. Dan. 05. Elixir acidum. Ph. Dan. 50. El. acidum rubrum. Ph. Sl. Hols. 31. El. acidum Halleri. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Mixtura sulphurica acida.)

Rp. Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . . 4.

Sensim et guttatim instilletur

Acidi sulphurici concentrati pars una . . . . . . 1.

Conqvassando misceantur.

ELIXIR ANTARTHRITICUM.

(Ph. Dan. 50. Elixir antarthriticum.)

Rp. Extracti Menyanthis partem unam . . . . 1.

Essentiæ Menyanthis partes sex . . . . 6.

Solutis addatur

Elixir acidi pars una . . . . 1.

Misceantur.

ELIXIR APERITIVUM.

(Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Elixir aperitivum Clauderi.)

Rp. Aloës,

Gummi-resinæ Balsamodendri, singulorum partes duas . 2.

Stigmatum Croci partem unam . . . . 1.

Carbonatis kalici partes qvatuor . . . . 4.

Pulveratis & cucurbitæ immissis affundantur

Aqvæ Sambuci partes triginta . . . . 30.

In balneo arenæ per dimidiam horam coqvantur. Cæterum ad Essentiæ Aloes normam paretur.

ELIXIR PECTORALE.

(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Elixir pectorale. Ph. Hbg. 52. El. e succo Liqviritiæ.)

Rp. Extracti Glycyrrhizarum partes sex . . . . . . 6.
Fructuum Anisi contusorum partem unam . . . 1.
Sesqvicarbonatis ammonici partes duas . . . . . 2.
Aqvæ Foeniculi partes duodecim . . . . 12.
Alcohol tenuis partes triginta sex . . . . 36.
Per viginti qvatuor horas macerata mixtio coletur.

EMPLASTRUM ADHÆSIVUM.

Rp. Emplastri plumbici partes triginta duas . . . . . 32.
Ceræ,
Resinæ Pinorum, singulorum partes tres . . . . 3.
Sebi partem unam . . . . 1.
Modico calore colliqvefactis addatur
Balsami Pinorum pars una . . . . 1.
Bene commixta massa in magdalides formetur.

EMPLASTRUM CANTHARIDUM COLATUM.

Rp. Cantharidum pulveratarum,
Colophonii, singulorum partes octo . . . . 8.
Ceræ partes qvinqve . . . . 5.
Sebi partes duas . . . . 2.
Porcellaneo vel cupreo vasi stannato, leviter obtecto, immissa freqventi agitatione seponantur in balneo aqvæ, qvæ per tres horas fervens teneatur. Addatur dein
Balsami Pinorum pars una . . . . 1.
Massa bene commixta linteo panno imponatur, prelo calefacto comprimatur et in papyraceas capsulas effundatur.

EMPLASTRUM CANTHARIDUM ORDINARIUM.

(*Pharmacopoearum Emplastrum Cantharidum vel Emplastrum Cantharidum ordinarium.*)

Rp. Ceræ partes decem . . . . 10.
Balsamum Pinorum,

Pingvolei Oleæ, singulorum partes tres . . . . 3.

Modico calore colliqvefactis paulatim continua agitatione addantur

Cantharidum in crassum pulverem tritarum partes sex . 6.

Magdalides formentur.

EMPLASTRUM CANTHARIDUM PERPETUUM.

(Ph. Sv. 45. Emplastrum Cantharidum cum Euphorbio; cæterarum Empl. Cantharidum perpetuum.)

Rp. Balsami Pinorum,

Resinæ Pistaciæ pulveratæ, singulorum partes duodecim . 12.

Leni calore colliqvefacta probe commisceantur cum

Cantharidum pulveratarum partibus tribus . . . 3.

Resinæ Euphorbiarum pulveratæ partibus duabus 2.

Massa in papyraceas capsulas effundatur.

EMPLASTRUM FOLIORUM CONII.

Emplastrum Conii.

(Ph. Dan. 05 & 50. Emplastrum Conii maculati. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Empl. Conii.)

Rp. Ceræ partes duas . . . . 2.

Colophonii,

Pingvolei Oleæ, singulorum partem unam . . . . 1.

Colliqvefactis et ad caloris gradum circiter 50—60 refrigeratis terendo admisceantur

Foliorum Conii pulveratorum partes duæ . . . . 2.

Massa in papyraceas capsulas effundatur.

EMPLASTRUM FOLIORUM CONII ADHÆSIVUM.

Emplastrum Conii adhæsivum.

Rp. Emplastri plumbici partes sedecim . . . . 16.

Colophonii partem unam . . . . 1.

Sebi partes tres . . . . 3.

Leni calore liqvatis et ad caloris gradum 50—60 refrigeratis addantur

Foliorum Conii pulveratorum partes qvinqve . 5.

Commixta massa in magdalides formetur.

EMPLASTRUM FOLIORUM HYOSCYAMI.

Emplastrum Hyoscyami.

(Pharmacopoearum Emplastrum Hyoscyami.)

Uti Emplastrum foliorum Conii paretur.

EMPLASTRUM FOLIORUM HYOSCYAMI ADHÆSIVUM.

Emplastrum Hyoscyami adhæsivum.

Uti Emplastrum foliorum Conii adhæsivum paretur.

EMPLASTRUM GUMMI—RESINÆ GALBANI CROCATUM.

Emplastrum Galbani crocatum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Emplastrum Galbani vel de Galbano crocatum.*)

Rp. Emplastri plumbici,

— Melilotorum, singulorum partes duodecim . 12.

Ceræ partes octo . . . . 8.

Liqvatis et caloris gradu 25—30 ad pultariam massam refrigeratis assidua agitatione admisceantur

Balsami Pinorum partes qvatuor . . . . 4.

Gummi—resinæ Galbani pulveratæ partes viginti qvatuor . 24.

Balneo vaporis colliqvefactis, caloris gradu 60—70 refrigeratis & exacte commixtis sedula agitatione addatur

Stigmatum Croci pulveratorum pars una . . . . . 1.

Magdalides formentur.

EMPLASTRUM GUMMI-RESINOSUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Emplastrum gummosum. Ph. Sl. Hols. 31. Empl. Lithargyri compositum. Ph. Sv. 45. Empl. gummi-resinosum. Ph. Bor. 46. Empl. Plumbi compositum. Ph. Hbg. 52. Empl. Lithargyri compositum.*)

Rp. Emplastri plumbici partes duodecim . . . . 12.
Ceræ partes duas . . . . 2.
Balsami Laricis partem unam . . . . 1.
Colliqvefactis & paululum refrigeratis cribrando & assidue agitando adspergatur
Gummi-resinæ Doremæ,
— — Galbani,
pulveratarum, singularum pars una . 1.
Refrigerata massa in magdalides formetur.

EMPLASTRUM HERBÆ MELILOTORUM.

Emplastrum Melilotorum.

(*Pharmacopoearum Emplastrum Meliloti.*)

Rp. Sebi partes duodecim . . . . 12.
Pingvolei Oleæ partes tres . . . . 3.
Colophonii partes octodecim . . . . 18.
Ceræ partes novem . . . . 9.
Leni calore colliqvefactis, per pannum linteum colatis & ad caloris gradum 50—60 refrigeratis adde
Gummi-resinæ Doremæ pulveratæ,
Balsami Pinorum, singulorum partem unam . . 1,
antea colliqvefactas. Adde demum
Herbæ Melilotorum pulveratæ partes sex . . . . 6.
— Absynthii — partes tres . . . 3.
Exacte commixta massa in magdalides formetur.

EMPLASTRUM HYDRARGYRI.

(*Pharmacopoearum Emplastrum Hydrargyri.*)

Rp. Hydrargyri partes tres . . . . 3.

Balsami Pinorum partes duas . . . . 2.
In ferreo vel lapideo vase conterantur, donec Hydrargyrum penitus divisum sit. Dein addantur
Emplastri plumbici liqvati partes viginti qvatuor 24.
Agitando bene commixta massa in magdalides formetur.

EMPLASTRUM LAPIDIS CALAMINARIS.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Emplastrum de Lapide calaminari. Ph. Sv. 45. Empl. Calaminæ.*)

Rp. Emplastri plumbici partes duodecim . . . . 12.
Ceræ partes qvatuor . . . . 4.
Sebi,
Balsami Pinorum, singulorum partem unam . . 1.
Leni calore colliqvefactis sæpius agitando sensim admisceantur
Lapidis calaminaris præparati partes duodecim . 12.
Magdalides formentur.

EMPLASTRUM PLUMBICUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Emplastrum commune. Ph. Sl. Hols. 31. Empl. Lithargyri simplex. Ph. Sv. 45. Empl. plumbicum. Ph. Bor. 46. Empl. Plumbi simplex. Ph. Hbg. 52. Empl. Lithargyri.*)

Rp. Pingvolei Oleæ partes viginti . . . . 20.
Oxydi plumbici pulverati partes novem . . . . 9.
In capaciori lebete concoqvantur, lignea spatula assidue agitando & calidam aqvam subinde instillando, donec Emplastri spissitudinem massa acceperit.
Magdalides formentur.

EMPLASTRUM PLUMBICUM CAMPHORATUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Emplastrum Minii camphoratum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Empl. Minii adustum v. fuscum.*)

Rp. Emplastri plumbici partes centum & qvadraginta qvatuor 144.
Assidue agitando coqvatur, donec castaneum colorem acceperit. Addantur

Ceræ partes sex . . . . 6.

Nonnihil refrigeratis immisceatur

Camphoræ pulveratæ, cum pauxillo

Pingvolei Oleæ tritæ, pars una . . . . 1.

In capsulas papyraceas massa effundatur.

EMPLASTRUM RESINOSUM.

(*Ph. Dan. 50. Emplastrum citrinum. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Ceratum resinæ Pini. Ph. Bor. 46. Ceratum resinæ burgundicæ.*)

Rp. Resinæ Pinorum partes viginti qvatuor . . . . . . 24.

Ceræ partes sedecim . . . . 16.

Sebi partes octo . . . . 8.

Balsami Pinorum partes qvatuor . . . . 4.

Liqvatis et colatis admisceatur

Radicis Curcumæ pulveratæ pars una . . . . . . 1.

Colata massa in papyraceas capsulas effundatur.

EMPLASTRUM RESOLVENS.

Rp. Emplastri gummi-resinosi,

— Melilotorum, singulorum partes sedecim 16.

Leni igne liqvefactis et ad 45—50 caloris gradum refrigeratis addatur

Camphoræ pulveratæ pars una . . . . 1.

Bene commixta massa in papyraceas capsulas effundatur.

EMPLASTRUM SAPONACEUM PLUMBICUM.

(*Ph. Sv. 45. Emplastrum Hjærneri.*)

Rp. Pingvolei Oleæ partes triginta . . . . 30.

Saponis alicantini rasi partes septem . . . . 7.

Idoneo calore solutis adde

Hydrato-Carbonatis plumbici pulverati partes sex 6.

Minii pulverati partes duodecim . . . . 12.

Continua agitatione concoqve, donec Oxyda plumbica soluta sint et massa Emplastri spissitudinem & castaneum colorem acceperit. Ad caloris 60 gradum refrigeratæ adde

Balsami Pinorum partem unam . . . . 1.

Bene commixta massa in papyraceas capsulas effundatur.

EMPLASTRUM STIBIATUM.

(*Ph. Dan. 50. Emplastrum stibiatum. Ph. Hbg. 52. Empl. Tartari stibiati.*)

Rp. Emplastri adhæsivi partes tres . . . . 3.
Leni igne liqvatis exacte admisceatur
Tartratis stibico-kalici pulverati pars una . . . . 1.
Ex tempore paretur.

EMPLASTRUM STICTICUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Emplastrum sticticum. Ph. Sv. 45. Empl. Picis.*)

Rp. Resinæ Pinorum,
Picis Pinorum solidæ,
Ceræ, singulorum partes octo . . . . 8.
Sebi partem unam . . . . 1.
Mixta, leni calore liqvata & colata in papyraceas capsulas effunde.

EMULSIO AMYGDALARUM DULCIUM.

Emulsio Amygdalarum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Emulsio Amygdalarum. Ph. Sv. 45. Emulsio amygdalina.*)

Rp. Amygdalarum dulcium decorticatarum partes duas 2.
In lapideo mortario contusis et in massam penitus pultariam redactis triturando sensim addatur
Aqvæ
qvantum sufficiat ad expressam colaturam partium sedecim 16.
Admisceatur
Syrupi Rubi pars una . . . . 1.
Ex tempore paretur.

EMULSIO CAMPHORATA.

Rp. Camphoræ pulveratæ partem unam . . . . 1.
Sacchari partes octoginta . . . . 80.
In lapideo mortario commixtis sensim & assidua trituratione addantur
Emulsionis Amygdalarum partes qvadringentæ viginti . 420.
Ex tempore paretur.

EMULSIO GUMMI—RESINÆ DOREMÆ.

Emulsio Doremæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Lac ammoniacale. Ph. Dan. 50. Emulsio ammoniacalis*).

Rp. Gummi-resinæ Doremæ,
Gummi Acaciarum,
pulveratorum, singulorum partem unam 1.
In mortario lapideo sensim & bene triturando adde
Aqvæ
qvantum sufficiat ad expressam colaturam partium viginti qvatuor . 24.
Oxymellis scillitici partes qvatuor . . . . 4.
Ex tempore paretur.

EMULSIO GUMMI—RESINÆ GUAJACI.

Emulsio Guajaci.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Emulsio guajacina. Ph. Dan. 50. Emulsio Guajaci.*)

Rp. Gummi-resinæ Guajaci partes tres . . . . 3.
Gummi Acaciarum partem unam . . . . 1.
Pulveratis & commixtis in lapideo mortario sensim & bene triturando affunde
Aqvæ Menthæ
qvantum sufficiat ad expressam colaturam partium qvadraginta octo 48.
Ex tempore paretur.

EMULSIO OLEOSA.

(*Ph. Hbg. 52. Emulsio oleosa.*)

Rp. Pingvolei Amygdalarum dulcium partes qvatuor . 4.
Gummi Acaciarum pulverati partem unam . . . . . 1.
Sacchari,
Aqvæ, singulorum partes duas . . . . 2.
Exacte contritis sensim affundantur

Aqvæ partes octo . . . . 8.

Optime conqvassentur.

Ex tempore paretur.

ESSENTIA ÆTHEREA BALSAMICA.

(*Ph. Dan. 05. Balsamum vitæ ad modum Hoffmanni. Ph. Dan. 50. Bals. vitæ Hoffmanni. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Mixtura oleoso-balsamica.*)

Rp. Olei Succini rectificati partem unam . . . . 1.
Ætherolei Lavandulæ,
— Caryophylli,
— Cinnamomi,
Pingvolei Myristicæ, singulorum partes duas . 2.
Balsami peruviani,
Radicis Alkannæ pulveratæ, singulorum partes tres . 3.
Alcohol rectificatissimi partes qvadringentas octoginta octo . 488.

Sæpius agitando per unum diem macerata mixtio filtretur.

ESSENTIA ALOES.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Aloes.*)

Rp. Aloes crasse pulveratæ partem unam . . . . 1.

In cucurbitam immissæ affundantur

Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . 4.

Cucurbitæ apertura subere claudatur, per qvod trajectus sit tubus vitreus incurvatus, cujus altera extremitas vitro vacuo, leviter obtecto & aqva frigida circumdato, immittatur, ita ut infra hujus superficiem ponatur. Cucurbita in straminea corona collocetur, ubi liqvor balneo aqvæ per dimidiam horam coqvatur. Liqvore refrigerato, colato & expresso, Aloes residuis Alcohol affundatur tantum, qvantum, expressis residuis, ad qvinqve Essentiæ partes obtinendas reqviratur. Ad hunc usum Alcohol adhibeatur, qvod in vitrum supra allatum transgressum est. Filtretur.

ESSENTIA AMARA.

(*Ph. Dan. 05. Essentia amara; cæterarum Tinctura amara.*)

Rp. Herbæ Absynthii partes sedecim . . . . 16.
— Cnici,
Radicis Gentianæ,
Fructuum Aurantii immaturorum, singulorum partes qvatuor 4.
— Anisi partem unam . . . . 1.

In crassum pulverem redactis & cucurbitæ immissis affundantur,

Alcohol rectificati partes centum & qvadraginta qvinqve 145.

Uti Essentia Aloes paretur, nisi qvod residuis affundatur Alcohol tantum, qvantum, iis expressis, ad centum & qvadraginta qvinqve Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

ESSENTIA AROMATICA.

(*Ph. Dan. 05. Essentia aromatica; cæterarum Tinctura aromatica.*)

Rp. Corticis Cinnamomi partes qvatuor . . . . 4.
Seminum Elettariæ,
Florum Caryophylli,
Radicis Galangæ,
— Zingiberis, singulorum partem unam . . 1.

In crassum pulverem redactis affundantur

Alcohol rectificati partes qvadraginta . . . . 40.

Uti Essentia Aloes paretur, nisi qvod residuis Alcohol affundatur tantum, qvantum, iis expressis, ad qvadraginta Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

ESSENTIA AROMATICA ACIDA.

(*Ph. Dan. 05. Elixir aromaticum acidum. Ph. Dan. 50. Elixir aromatico—acidum. Ph. Sl. Hols. 31. Elixir Vitrioli Mynsichti. Cæterarum Tinctura aromatica acida.*)

Rp. Essentiæ aromaticæ partes undeviginti . . . . . . 19.
Sensim & guttatim instilletur
Acidi sulphurici concentrati pars una . . . . . . 1.
Refrigerata filtrentur.

ESSENTIA BALSAMI TOLUTANI.

Essentia tolutana.

(*Ph. Sv. 45. Tinctura Tolu.*)

Rp. Balsami tolutani partem unam . . . . 1.
Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . 4.
Soluta filtrentur.

*ESSENTIA BULBORUM SCILLÆ.

Essentia Scillæ.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Scillæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Tinctura Scillæ. Ph. Sv. 45. Tinct. scillitica.*)

Rp. Bulborum Scillæ crasse pulveratorum partem unam 1.
Alcohol tenuis partes qvinqve . . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

*ESSENTIA CANTHARIDUM.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Cantharidum; cæterarum Tinctura Cantharidum.*)

Rp. Cantharidum crasse pulveratarum partem unam . 1.
Alcohol tenuis partes triginta . . . . 30.
Uti Essentia Aloes paretur, nisi qvod residuis Alcohol affundatur tantum, qvantum, iis expressis, ad triginta Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

Dosis media guttæ decem—qvindecim (10—15); periculosa guttæ viginti qvinqve (25).

Dispensetur, nisi Essentia Cantharidum fortior expresse præscripta sit.

*ESSENTIA CANTHARIDUM FORTIOR.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Cantharidum concentrata.*)

Rp. Cantharidum crasse pulveratarum partem unam . . 1.
Alcohol rectificati partes qvinqve . . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA CASTOREI.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Castorei; cæterarum Tinctura Castorei.*)

Rp. Castorei in crassum pulverem redacti partem unam 1.
Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . 4.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA CASTOREI ÆTHEREA.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Castorei ætherea; cæterarum Tinctura Castorei ætherea.*)

Rp. Castorei crasse pulverati partem unam . . . . 1.
Ætheris alcoholici partes qvatuor . . . . 4.

Per qvatuordecim dies in vase bene clauso sæpius agitando macerata in vitro bene obtecto filtrentur. Residua Ætheris alcoholici tanto abluantur, qvantum ad qvinqve Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

ESSENTIA CORTICIS CINCHONÆ REGII.

Essentia Cinchonæ.

(*Ph. Dan. 05. Essentia corticis peruviani simplex. Ph. Sl. Hols. 31. Tinctura Chinæ. Ph. Sv. 45. Tinct. Cinchonæ. Ph. Bor. 46. Tinct. Chinæ simplex. Ph. Dan. 50. Tinct. Chinæ regiæ. Ph. Hbg. 52. Tinct. corticis Chinæ fuscæ.*)

Rp. Corticis Cinchonæ crasse pulveratæ partem unam . 1.
Alcohol rectificatissimi partes qvinqve . . . . 5.

Uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA CORTICIS CINCHONÆ REGII COMPOSITA.

Essentia Cinchonæ composita.

(*Ph. Dan. 05. Essentia corticis peruviani composita. Ph. Sv. 45. Tinctura Cinchonæ amara. Cæterarum Tinct. Chinæ composita.*)

Rp. Corticis Cinchonæ regii partes octo . . . . 8.
Radicis Gentianæ partes qvatuor . . . . 4.
Corticis Aurantii partem unam . . . . 1.

In crassum pulverem contusis & cucurbitæ immissis affundantur

Alcohol rectificatissimi partes sexaginta qvinqve 65.
Uti Essentia Aloes paretur, nisi qvod residuis Alcohol affundatur tantum, qvantum, iis expressis, ad sexaginta qvinqve Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

ESSENTIA CORTICIS CINNAMOMI.

Essentia Cinnamomi.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Cinnamomi; cæterarum Tinctura Cinnamomi.*)

Rp. Corticis Cinnamomi crasse pulverati partem unam . 1.
Alcohol rectificatissimi partes qvinqve . . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA CORTICIS ELUTERIÆ.

Essentia Eluteriæ.

(*Pharmacopoearum Tinctura Cascarillæ.*)

Rp. Corticis Eluteriæ crasse pulverati partem unam . . 1.
Alcohol rectificati partes qvinqve . . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA CORTICIS FRUCTUUM AURANTII.

Essentia Aurantii.

(*Ph. Dan. 05. Essentia corticum aurantiorum. Ph. Sv. 45. Tinctura Aurantii. Cæterarum Tinctura corticis vel corticum Aurantii vel Aurantiorum.*)

Rp. Corticis Aurantii crasse pulverati partem unam . . 1.
Alcohol rectificati partes qvinqve . . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA FLORUM LAVANDULÆ.

Essentia Lavandulæ.

(*Ph. Dan. 05. Spiritus Lavendularum compositus. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Spir. Lavendulæ compositus. Ph. Sv. 45. Tinctura Lavendulæ aromatica. Ph. Hbg. 52. Tinct. Lavandulæ composita.*)

Rp. Florum Lavandulæ partes qvinqve . . . . 5.
— Rorismarini partes duas . . . . 2.
Corticis Aurantii partem unam . . . . 1.

Concisis, contusis & destillationis apparatui immissis affundantur

Alcohol rectificati partes centum & qvinqvaginta 150.

Per duodecim horas macerata destillationi subjiciantur, ut exinde prodeant partes centum . . . . 100.

Destillatum in cucurbitam transferatur, cui immittantur

Corticis Cinnamomi partes duæ . . . . 2.

Florum Caryophylli,

Fructuum Cubebæ, contusorum, singulorum pars una . 1.

Uti Essentia Aloes paretur, nisi qvod residuis Alcohol affundatur tantum, qvantum, iis expressis, ad centum Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

*ESSENTIA FOLIORUM ACONITORUM.

Essentia Aconitorum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Aconiti.*)

Rp. Foliorum Aconitorum crasse pulveratorum partem unam . 1.

Alcohol fortitudinis 45% partes qvinqve . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

Dosis media guttæ decem—qvindecim (10—15); periculosa guttæ qvadraginta (40).

*ESSENTIA FOLIORUM DIGITALIS.

Essentia Digitalis.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Tinctura Digitalis purpureæ. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Tinct. Digitalis.*)

Rp. Foliorum Digitalis crasse pulveratorum partem unam . 1.

Alcohol tenuis partes qvinqve . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

Dosis media guttæ qvinqve—decem (5—10); periculosa guttæ triginta (30).

*ESSENTIA FOLIORUM DIGITALIS COMPOSITA.

Essentia Digitalis composita.

(*Ph. Dan. 50. Elixir antasthmaticum Aaskovi.*)

Rp. Foliorum Digitalis crasse pulveratorum partes duas 2.
Radicis Glycyrrhizarum partes qvatuor . . . . . . 4.
Alcohol rectificati,
Aqvæ Foeniculi, singulorum partes qvinqve . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA FOLIORUM MENYANTHIS.

Essentia Menyanthis.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Trifolii fibrini. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Tinctura Trifolii fibrini. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Tinct. Trifolii.*)

Rp. Foliorum Menyanthis crasse pulveratorum partem unam . 1.
Alcohol rectificati partes qvinqve . . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA FOLLICULORUM MOSCHI.

Essentia Moschi.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Moschi.*)

Rp. Folliculorum Moschi minutim concisorum partem unam . 1.
Alcohol rectificati partes qvinqve . . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA FRUCTUUM CUBEBÆ.

Essentia Cubebæ.

Rp. Fructuum Cubebæ crasse pulveratorum partem unam 1.
Alcohol rectificatissimi partes qvinqve . . . . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA GUMMI—RESINÆ BALSAMODENDRI.

Essentia Balsamodendri.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Myrrhæ; cæterarum Tinctura Myrrhæ.*)

Rp. Gummi-resinæ Balsamodendri contusæ partem unam 1.
Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . . . 4.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA GUMMI—RESINÆ FERULÆ.
Essentia Ferulæ.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Asæ foetidæ; cæterarum Tinctura Asæ foetidæ.*)

Rp. Gummi-resinæ Ferulæ crasse pulveratæ partem unam . 1.
Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . . . 4.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA HERBÆ ABSYNTHII.
Essentia Absynthii.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Absynthii; cæterarum Tinctura Absynthii.*)

Rp. Herbæ Absynthii crasse pulveratæ partem unam . . 1.
Alcohol tenuis partes qvinqve . . . . 5.
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

*ESSENTIA OPII AMMONIATA.

(*Ph. Dan. 05. Tinctura Opii ammoniata.*)

Rp. Opii pulverati,
Saponis alicantini, singulorum partes novem . . 9.
Camphoræ partes tres . . . . 3.
Stigmatum Croci,
Seminum Myristicæ, singulorum partem unam . 1.
Pulveratis affundantur
Solutionis Ammoniaci alcoholicæ partes qvadraginta qvinqve . 45.

In vase vitreo bene clauso per octo dies macerentur, freqventius agitata; per pannum linteum colata seponantur, ut impuritates subsidant. Limpido liqvido defuso, sedimentum filtro, qvod obtegendum est, tradatur. Residua abluantur Solutionis Ammoniaci alcoholicæ tanto, qvantum, iis expressis, ad qvadraginta qvinqve Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

Partes centum (100) solubile ex Opii partibus viginti (20) continent.

Dosis media guttæ qvatuor—octo (4—8); periculosa guttæ viginti (20).

ESSENTIA OPII BENZOICA.

(*Ph. Dan. 05. Elixir paregoricum londinense. Ph. Sv. 45. Tinctura Opii camphorata. Cæterarum Tinct. Opii benzoica.*)

Rp. Opii pulverati,
Acidi benzoici, singulorum partes tres . . . . . . 3.
Camphoræ pulveratæ,
Ætherolei Anisi, singulorum partem unam. . . 1.
Alcohol rectificati partes sexcentas . . . . . . 600.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

Partes centum (100) solubile ex Opii dimidia (½) parte continent.

*ESSENTIA OPII CROCATA.

(*Ph. Sv. 45. Vinum Opii crocatum; cæterarum Tinctura Opii crocata.*)

Rp. Opii pulverati partes sedecim . . . . 16.
Stigmatum Croci partes qvatuor . . . . 4.
Corticis Cinnamomi,
Florum Caryophylli, singulorum partem unam . 1.
Pulveratis & cucurbitæ immissis affundantur
Alcohol fortitudinis 25% partes octoginta . . . 80.

Uti Essentia Aloes paretur, nisi qvod residuis Alcohol affundatur tantum, qvantum, iis expressis, ad octoginta Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

Partes centum (100) solubile ex Opii partibus viginti (20) continent.

Dosis media guttæ qvatuor—octo (4—8); periculosa guttæ viginti (20).

*ESSENTIA OPII SIMPLEX.

(*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Tinctura Opii simplex. Ph. Dan. 50. Tinctura Opii spirituosa.*)

Rp. Opii pulverati partem unam . . . . 1.
Alcohol fortitudinis 25% partes qvatuor . . . . 4.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

Partes centum (100) solubile ex Opii partibus viginti (20) continent.

Dosis media guttæ qvatuor—octo (4—8); periculosa guttæ viginti (20).

*ESSENTIA PULPÆ COLOCYNTHIDIS.

Essentia Colocynthidis.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Colocynthidis.*)

Rp. Pulpæ Colocynthidis crasse pulveratæ partem unam 1.
Alcohol rectificatissimi partes qvinqve . . . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

Dosis media guttæ qvinqve—decem (5—10); periculosa guttæ viginti (20).

ESSENTIA RADICIS GEI.

Essentia Gei.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Gei urbani. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Gei urbani.*)

Rp. Radicis Gei crasse pulveratæ partem unam . . . 1.
Alcohol rectificati partes qvinqve . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA RADICIS GENTIANÆ.

Essentia Gentianæ.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Gentianæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Gentianæ.*)

Rp. Radicis Gentianæ crasse pulveratæ partem unam . . 1.
Alcohol tenuis partes qvinqve . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA RADICIS KRAMERIÆ.

Essentia Krameriæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Ratanhiæ vel Ratanhæ.*)

Rp. Radicis Krameriæ crasse pulveratæ partem unam . 1.
Alcohol rectificati partes qvinqve . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA RADICIS PIMPINELLÆ.

Essentia Pimpinellæ.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Pimpinellæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Pimpinellæ.*)

Rp. Radicis Pimpinellæ crasse pulveratæ partem unam . 1.
Alcohol rectificati partes qvinqve . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA RADICIS RHEORUM.

Essentia Rheorum.

(*Ph. Dan. 05. Tinctura Rhabarbari vinosa. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Tinct. Rhei amara. Ph. Hbg. 52. Tinct. Rhei spirituosa.*)

Rp. Radicis Rheorum partes octo . . . . 8.
— Gentianæ partes tres. . . . . 3.
Seminum Elettariæ partes duas . . . . 2.

Crasse pulveratis & cucurbitæ immissis affundantur

Alcohol fortutidinis 25% partes sexaginta qvinqve 65.

Uti Essentia Aloes paretur, nisi qvod residuis Alcohol affundatur tantum, qvantum, iis expressis, ad sexaginta qvinqve Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

ESSENTIA RADICIS VALERIANÆ.

Essentia Valerianæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Valerianæ.*)

Rp. Radicis Valerianæ crasse pulveratæ partem unam 1.
Alcohol fortitudinis 45% partes qvinqve . . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA RESINÆ GUAJACI.

Essentia Guajaci.

(*Ph. Dan. 05. Tinctura Guajaci spirituosa. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Tinctura Resinæ Guajaci.*)

Rp. Resinæ Guajaci crasse pulveratæ partem unam . 1.
Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . . . 4.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

ESSENTIA RESINÆ GUAJACI AMMONIATA.

Essentia Guajaci ammoniata.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Tinctura Guajaci ammoniata. Ph. Bor. 46. Tinct. Guajaci ammoniacata.*)

Rp. Resinæ Guajaci crasse pulveratæ partem unam . . . 1.
Solutionis Ammoniaci alcoholicæ partes qvinqve . . 5.

In vase vitreo sæpius agitata, donec Resina soluta sit, filtrentur.

*ESSENTIA SEMINUM COLCHICI.

Essentia Colchici.

(*Ph. Sv. 45. Vinum Colchici. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Tinctura Colchici e semine vel seminibus. Ph. Dan. 50. Tinct. Colchici e seminibus. Ph. Bor. 46. Tinct. seminis Colchici.*)

Rp. Seminum Colchici crasse pulveratorum partem unam 1.
Alcohol fortitudinis 45% partes qvinqve . . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

*ESSENTIA SEMINUM DATURÆ.

Essentia Daturæ.

(*Ph. Dan. 50. Tinctura Stramonii e seminibus. Ph. Sl. Hols. 31. Tinct. Stramonii seminis. Bor. 46. Hbg. 52. Tinct. Stramonii.*)

Rp. Seminum Daturæ crasse pulveratorum partem unam 1.
Alcohol fortutidinis 45% partes qvinqve . . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

Dosis media guttæ qvinqve—decem (5—10); periculosa guttæ viginti qvinqve. (25).

ESSENTIA SPERMOEDIÆ.

Ph. Hbg. 52. Tinctura Secalis cornuti.)

Rp. Spermoediæ crasse pulveratæ partem unam . . . 1.
Ætheris alcoholici partes qvinqve . . . . 5.

Mixtio per qvatuordecim dies in vase bene clauso, sæpius agitato, macerata in vitro bene obtecto filtretur. Residua Ætheris alcoholici abluantur tanto, qvantum, iis expressis, ad qvinqve Essentiæ partes obtinendas reqviratur.

EXTRACTA HERBARUM NARCOTICARUM,

qvorum nullæ formulæ nominatim præscriptæ sunt, uti Extractum Foliorum Aconitorum parentur.

*EXTRACTUM BULBORUM SCILLÆ.

Extractum Scillæ.

(*Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Scillæ.*)

Bulbis Scillæ crasse pulveratis & cucurbitæ immissis qvintupla Alcohol tenuis qvantitas affundatur. Eodem modo, qvi in Essentiis parandis præscriptus est, coqvantur & refrigerata colentur & exprimantur. Partibus residuis Alcohol duæ partes & dimidia affundantur, easdem cæterum operationes iterando. E liqvoribus commixtis destillatione duæ trientes eliciantur. Residuum porcellaneo vel cupreo vasi stannato immissum balneo aqvæ ad communem Extracti spissitudinem evaporetur. Qvatuor hujus Extracti partibus Sacchari Lactis una pars addatur. Hæc mixtio balneo aqvæ ad siccum evaporetur & pulveretur.

Hujus Extracti pars una (1) Extracti communis spissitudinis parti uni (1) respondet.

Dosis media grani qvadrans—granum dimidium ($^1/_4$—$^1/_2$); periculosa granum unum & dimidium ($1\,^1/_2$).

EXTRACTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII.

Extractum Cinchonæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Extractum Chinæ spirituosum.*)

Uti Extractum Bulborum Scillæ paretur, nisi qvod Alcohol rectificatissimum adhibeatur, residuum, Saccharo Lactis non addito, ad siccum evaporetur & massa pulveretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM CORTICIS ELUTERIÆ.

Extractum Eluteriæ.

(*Pharmacopoearum Extractum Cascarillæ.*)

Uti Extractum Bulborum Scillæ paretur, nisi qvod Alcohol tenue adhibeatur, residuum, Saccharo Lactis non addito, ad siccum evaporetur & massa pulveretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM CORTICIS FRUCTUUM AURANTII.

Extractum Aurantii.

(Ph. Dan. 05. Extractum corticum Aurantiorum. Ph. Sl. Hols. 31. Extr. Aurantiorum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Extr. Corticis Aurantii.)

Uti Extractum Bulborum Scillæ paretur, nisi qvod Alcohol tenue adhibeatur, residuum, Saccharo Lactis non addito, ad siccum evaporetur & massa pulveretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM FLORUM ARTEMISIÆ VAHLIANÆ.

Extractum Artemisiæ.

(Ph. Sv. 45. Extractum Cynæ. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Extr. Cynæ æthereum.)

Rp. Florum Artemisiæ pulveratorum partem unam . . . 1.
Affundantur
Ætheris partes tres . . . . 3.
Per triduum macerata filtrentur & exprimantur. Residuis affundantur
Ætheris partes duæ . . . . 2.
Macerentur iterum & exprimantur. Liqvores in obtecto vase filtrati & cucurbitæ immissi destillationi subjiciantur, donec remanserit qvarta pars, qvæ balneo aqvæ ad Syrupi spissitudinem evaporetur.

*EXTRACTUM FOLIORUM ACONITORUM.

Extractum Aconitorum.

(Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Aconiti siccum s. pulveratum. Ph. Dan. 50. Extr. Aconiti siccatum.)

F o l i i s A c o n i t o r u m siccatis et minutim concisis A q v æ fervidæ affundatur tantum, ut bene agitando formetur pultaria massa, qvæ,

per duodecim horas macerata, in panno linteo collocetur et exprimatur. Residuis etiam partibus fervida Aqva affundatur, cæteræqve operationes iterentur. Liqvores linteo colati ad tenuioris Syrupi spissitudinem evaporentur. Huic massæ refrigeratæ addatur Alcohol rectificatissimi eadem voluminis qvantitas; mixtione bene agitata, liqvor linteo coletur et leviter exprimatur. Qvod remanserit aliqvoties Alcohol affundatur, donec expressus liqvor omnem fere colorem amiserit. Liqvores commixti filtrentur, residuum Alcohol abluatur & e filtratis duæ trientes destillentur. Qvod in destillationis apparatu remanserit, porcellaneo vel cupreo vasi stannato immittatur et balneo aqvæ ad communem Extracti spissitudinem evaporetur. Hujus Extracti partibus qvatuor una Sacchari Lactis parte addita, mixtio balneo aqvæ ad siccum evaporata pulveretur.

Hujus Extracti una (1) pars parti uni (1) Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); periculosa grana tria (3).

*EXTRACTUM FOLIORUM ATROPÆ.

Extractum Atropæ.

(*Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Belladonnæ siccum s. pulveratum. Ph. Dan. 50. Extr. Belladonnæ siccatum.*)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti una (1) pars uni (1) parti Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media grani qvadrans—granum dimidium ($^1/_4$—$^1/_2$); periculosa grana duo (2).

*EXTRACTUM FOLIORUM DATURÆ.

Extractum Daturæ.

(*Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Stramonii siccum s. siccatum.*)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti una (1) pars parti uni (1) Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); periculosa grana duo (2).

*EXTRACTUM FOLIORUM DIGITALIS.

Extractum Digitalis.

(Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Digitalis siccum s. siccatum.)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti pars una (1) uni (1) parti Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); periculosa grana tria (3).

*EXTRACTUM FOLIORUM HYOSCYAMI.

Extractum Hyoscyami.

(Ph. Bor. 46. Dan. 50. Extractum Hyoscyami siccum s. siccatum.)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti pars una (1) uni (1) parti Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media granum unum—unum & dimidium (1—1$^1/_2$); periculosa grana tria (3).

EXTRACTUM FOLIORUM MENYANTHIS.

Extractum Menyanthis.

(Ph. Dan. 05. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Trifolii. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Extr. Trifolii fibrini. Ph. Sv. 45. Extr. Trifolii aqvatici.)

Foliis Menyanthis siccatis & minutim concisis Aqvæ fervidæ affundatur tantum, qvantum ad pultariam massam formandam reqviratur. Per duodecim horas macerata panno linteo immittantur, colentur & prelo exprimantur. Residuo affundatur Aqvæ fervidæ tantum, qvantum ad pultem formandam reqviratur. Per sex horas seposita colentur iterum & prelo exprimantur. Liqvores commixti seponantur, donec impuritates subsederint; limpidi defusi aqvæ balneo ad siccum evaporentur. Extractum pulveretur.

Hujus extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM HERBÆ ABSYNTHII.

Extractum Absynthii.

(Pharmacopoearum Extractum Absynthii.)

Uti Extractum Foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM HERBÆ CHELIDONII.

Extractum Chelidonii.

(Pharmacopoearum Extractum Chelidonii.)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti pars una (1) uni (1) parti Extracti communis spissitudinis respondet.

EXTRACTUM HERBÆ CNICI.

Extractum Cnici.

(Pharmacopoearum Extractum Cardui benedicti.)

Uti Extractum Foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

*EXTRACTUM HERBÆ CONII.

Extractum Conii.

(Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Conii maculati.)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur, nisi qvod nec Saccharum Lactis addatur, nec massa ad siccum evaporetur.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana sex (6).

EXTRACTUM LIGNI QVASSIÆ.

Extractum Qvassiæ.

(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Extractum Qvassiæ.)

Uti Extractum Foliorum Menyanthis.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM POMORUM FERRATUM.

(Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Extractum Ferri pomatum. Ph. Hbg. 52. Extr. Ferri.)

Fructus Pyri Mali. L. (Icosandria. Pentagynia. L. Pomaceæ. Endl. & aliorum), aciduli recentes decorticati, in ferreo mortario in pultem contundantur & cum aqvæ octava parte misceantur. Mixtio linteo panno imposita prelo fortiter exprimatur.

Succi recens expressi partes sedecim . . . . 16.

Ferri limati pars una . . . . 1.

Assidue agitata per qvatuor dies digerantur et dein ad dimidiæ partis consumtionem in ferreo aheno leni igne coqvantur. Liqvore per linteum colato et ad subsidendum seposito, limpida pars a sedimento defundatur et ad siccum evaporetur.

*EXTRACTUM PULPÆ COLOCYNTHIDIS.

Extractum Colocynthidis.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Colocynthidis vel Colocynthidum.*)

Cum Alcohol fortitudinis 25%, cæterum uti Extractum Bulborum Scillæ paretur.

Hujus Extracti una (1) pars Extracti communis spissitudinis parti uni (1) respondet.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); periculosa grana tria (3).

*EXTRACTUM PULPÆ COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM.

Extractum Colocynthidis compositum.

(*Ph. Hbg. 52. Extractum Colocynthidis compositum.*)

Rp. Pulpæ Colocynthidis minutim concisæ partes sex 6.

In eodem apparatu, qvi ad Essentias parandas præscriptus est, per dimidiam horam coqvantur cum

Alcohol rectificati partibus nonaginta sex . . . . 96.

Refrigerata colentur & exprimantur. Liqvor destillationi subjiciatur & exinde eliciantur duæ trientes. Residuo, stanneo vel porcellaneo vasi immisso, addantur

Aloës pulveratæ partes duodecim . . . . 12.

Gummi-resinæ Convolvuli pulveratæ partes qvatuor 4.

Saponis alicantini pulverati partes tres . . . . . 3.

Assidua agitatione balneo aqvæ ad siccum evaporatis & pulveratis addatur

Seminum Elettariæ pulveratorum pars una . . . 1.

Bene misceantur.

Dosis media grana duo—tria (2—3); periculosa grana octo (8).

EXTRACTUM RADICIS GENTIANÆ.

Extractum Gentianæ.

(*Pharmacopoearum Extractum Gentianæ.*)

Uti Extractum Foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM RADICIS GLYCYRRHIZARUM.

Extractum Glycyrrhizarum.

(*Ph. Sv. 45. Extractum Liqviritiæ.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM RADICIS INULÆ.

Extractum Inulæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Extractum Enulæ. Ph. Hbg. 52. Extr. Helenii.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM RADICIS KRAMERIÆ.

Extractum Krameriæ.

(*Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Ratanhiæ. Ph. Bor. 46. Extr. Ratanhæ.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM RADICIS RHEORUM.

Extractum Rheorum.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Rhei. Ph. Dan. 50. Extr. Rhabarbari.*)

Cum Aqva frigida, cæterum uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM RADICIS VALERIANÆ.

Extractum Valerianæ.

(*Pharmacopoearum Extractum Valerianæ.*)

Uti Extractum Florum Artemisiæ Vahlianæ paretur.

EXTRACTUM RADICIS & HERBÆ TARAXACI.

Extractum Taraxaci.

(*Ph. Hbg. 52. Mellago Taraxaci; cæterarum Extractum Taraxaci liqvidum.*)

Radix & junior herba, recentes bene depuratæ minutim concisæ & in mortario lapideo ad pultariam massam contusæ, exprimantur. Residuum, idonea Aqvæ qvantitate affusa, in pultem redactum etiam exprimatur. Liqvores cupreo vasi stannato immissi &, donec coagulati sint, cocti per linteum colentur & aqvæ balneo ad Syrupi tenuioris spissitudinem evaporentur. Massa per aliqvod tempus, ut ab impuritatibus liberetur, seposita denuo coletur & aqvæ balneo ad Syrupi communis spissitudinem evaporetur.

*EXTRACTUM SEMINUM STRYCHNI.

Extractum Strychni.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum nucis vomicæ s. nucum vomicarum spirituosum. Ph. Sv. 45. Extr. nucis vomicæ. Ph. Dan. 50. Extr. nucum vomicarum.*)

Uti Extractum Bulborum Scillæ paretur.

Hujus Extracti una (1) pars Extracti communis spissitudinis parti uni (1) respondet.

Dosis media grani qvadrans—granum dimidium ($^1/_4$—$^1/_2$); periculosa grana duo (2).

EXTRACTUM STIPITUM ASPIDII.

Extractum Aspidii.

(*Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Filicis æthereum. Ph. Dan. 50. Extr. Filicis Maris æthereum. Ph. Sv. 45. Oleum Filicis Maris.*)

Uti Extractum florum Artemisiæ Vahlianæ paretur.

EXTRACTUM STIPITUM DULCAMARÆ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Dulcamaræ.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta qvinqve (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æqvant.

EXTRACTUM STOLONUM TRITICI.

Extractum Tritici.

(*Ph. Hbg. 52. Mellago Graminis; cæterarum Extr. Graminis liqvidum.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur, nisi qvod ad Syrupi communis spissitudinem evaporetur.

FERRUM.

(*Pharmacopoearum Ferrum.*)

Fe = 350,10.

FLORES ANTHEMIDIS NOBILIS.

Flores Anthemidis.

(*Ph. Dan. 05. Chamomilla romana. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Flores Chamomillæ romanæ.*)

Anthemis nobilis. L. Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Planta perennis Europæ australis.

FLORES ARNICÆ MONTANÆ.

Flores Arnicæ.

(*Pharmacopoearum Flores Arnicæ.*)

Arnica montana. L. Syngenesia. Polygamia superflua. L.

Compositæ. Endl. & aliorum. Planta perennis in Norvegia freqvens. Flores recens evoluti colligendi.

FLORES ARTEMISIÆ VAHLIANÆ.

Flores Artemisiæ.

(Pharmacopoearum Semina Cynæ s. Santonici levantica.)

Artemisia Vahliana. Kostel. (A. Contra. Vahl.) Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Suffrutex in Persia, Palæstina, Ægypto, Arabia freqvens.

Flores cum pedicellis, fructibus, frustis ramulorum foliisque commixti.

FLORES HYPERICI PERFORATI.

Flores Hyperici.

(*Ph. Dan. 05. Coma Hyperici. Ph. Dan. 50. Flores Hyperici.*)

Hypericum perforatum. L. Polyadelphia. Polyandria. L. Hypericeæ. Juss. Hypericineæ. Endl. Planta perennis in Norvegia freqvens.

Flores non plane evoluti colligendi.

FLORES IMMATURI CARYOPHYLLI AROMATICI.

Flores Caryophylli.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Caryophylli aromatici; caeterarum Caryophylli.*)

Caryophyllus aromaticus. L. (Eugenia caryophyllata. Thunb.) Icosandria. Monogynia. L. Myrtaceæ. Endl. & aliorum. Arbor Indiæ orientalis indigena, in insulis Moluccis freqvens, in India occidentali & America occidentali culta.

FLORES LAVANDULÆ SPICÆ.

Flores Lavandulæ.

(*Pharmacopoearum Flores Lavandulæ s. Lavendulæ.*)

Lavandula Spica. L. Didynamia. Gymnospermia. L. Labiatæ. Endl. & aliorum. Fruticulus Europæ meridionalis indigenus, apud nos cultus.

FLORES MATRICARIÆ CHAMOMILLÆ.

Flores Matricariæ.

(*Ph. Dan. 05. Chamomilla vulgaris. Ph. Sv. 45. Dan. 50. Chamomilla nostras. Cæterarum Flores Chamomillæ vulgaris.*)

Matricaria Chamomilla. L. Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Planta annua in nonnullis Norvegiæ locis frequens.

Flores nuper evoluti colligantur.

FLORES RORISMARINI OFFICINALIS.

Flores Rorismarini.

(*Ph. Dan. 05. Flores Rorismarini.*)

Rosmarinus officinalis. L. Diandria. Monogynia. L. Labiatæ. Endl. & aliorum. Frutex Europæ meridionalis & cæterarum terrarum mediterranearum indigenus, in aliis Europæ terris freqventer cultus.

FLORES SAMBUCI NIGRÆ.

Flores Sambuci.

(*Pharmacopoearum Flores Sambuci.*)

Sambucus nigra. L. Pentandria. Trigynia. L. Caprifoliaceæ. DeC. Lonicereæ. Endl. Arbor in Norvegia rarior, in reliqua Europa freqvens.

Cymæ florentes colligendæ, pedunculis recisis.

FLORES TANACETI VULGARIS.

Flores Tanaceti.

(*Ph. Sv. 45. Summitates florentes Tanaceti; aliarum Flores Tanaceti.*)

Tanacetum vulgare. L. Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Planta perennis in Norvegia freqvens.

Corymbi nuper evoluti colligendi.

FLORES VERBASCI THAPSI.

Flores Verbasci.

(*Pharmacopoearum Flores Verbasci.*)

Verbascum Thapsus. L. Pentandria. Monogynia. L. So-

laneæ. Juss. Scrophularineæ. Endl. Planta biennis in locis incultis Norvegiæ freqvens.

Flores nuper evoluti colligendi.

*FOLIA ACONITORUM.

(Pharmacopoearum Herba Aconiti.)

Aconitum Napellus. L. A. neomontanum. Willd. Polyandria. Trigynia. L. Ranunculaceæ. Juss. & Endl. Plantæ perennes Siberiæ & Europæ borealis.

Folia, priusquam planta floruerit, colligenda.

Dosis media grana duo (2); periculosa grana sex (6).

FOLIA ALISMATIS PLANTAGINIS.

Folia Alismatis.

Alisma Plantago. L. Hexandria. Polygynia. L. Alismaceæ. Lindl. & Endl. Planta perennis Europæ, etiam Norvegiæ.

Folia colligenda, anteqvam floruerit planta.

FOLIA ARCTOSTAPHYLI OFFICINALIS.

Folia Arctostaphyli.

(Pharmacopoearum Folia Uvæ Ursi.)

Arctostaphylos officinalis. Wim. & Grab. (Arbutus Uva Ursi. L.) Decandria. Monogynia. L. Ericeæ. R. Br. Ericineæ. Endl. Fruticulus in Norvegia frequens.

Æstate colligenda.

*FOLIA ATROPÆ BELLADONNÆ.

Folia Atropæ.

(Ph. Dan. 05. Sv. 45. Bor. 46. Folia Belladonnæ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Belladonnæ.)

Atropa Belladonna. L. (Belladonna baccifera. Lam.) Pentandria. Monogynia. L. Solaneæ. Juss. Solanaceæ. Endl. Planta perennis Europæ meridionalis & mediæ.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana quinque (5).

FOLIA CASSIARUM.

(Pharmacopoearum Folia Sennæ s. Sennæ alexandrinæ.)

Cassia lanceolata. Forsk. C. obovata. Collad. C. acutifolia. Del. C. marylandica. L. Decandria. Monogynia. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. Suffrutices, priores tres in Ægypto, regno Tripolitano & Arabia, qvartus vero in Americæ septentrionalis provinciis meridionalibus frequentes.

Folia Sennæ sic dicta parva non adhibeantur, nisi a medico præscripta sint.

FOLIA CITRI AURANTII.
Folia Aurantii.

(Ph. Dan. 05. Sv. 45. & Bor. 46. Hbg. 52. Folia Aurantii. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Fol. Aurantiorum.)

Citrus Aurantium. Vide Corticem.

*FOLIA CONII MACULATI.
Folia Conii.

(Ph. Dan. 05. Cicuta terrestris. Ph. Sv. 45. Herba Conii. Cæterarum Hb. Conii maculati.)

Conium maculatum. L. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta biennis Europæ, Asiæ & Americæ.

Dosis media grana duo—tria (2—3); periculosa grana decem (10).

*FOLIA DATURÆ STRAMONII.
Folia Daturæ.

(Ph. Dan. 05. Folia Daturæ. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Fol. Stramonii. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Stramonii.)

Datura Stramonium. L. (Stramonium spinosum. Lam.) Pentandria. Monogynia. L. Solaneæ. Juss. Solanaceæ. Endl. Planta annua ex India orientali oriunda, in Africam septentrionalem & Europam translata, in Norvegia australi interdum in hortis qvasi spontanea, sed rara, v. c. prope Christianiam & in parochia Modum nascens.

Folia colligenda, antequam floruerit planta.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana qvinque (5).

*FOLIA DIGITALIS PURPUREÆ.

Folia Digitalis.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Digitalis purpureæ; cæterarum Folia Digitalis.*)

Digitalis purpurea. L. Didynamia. Angiospermia. L. Scrophularineæ. Endl. & aliorum. Planta biennis in Norvegia occidentali freqvens.

Folia e plantis incultis florescentibus colligenda.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana sex (6).

*FOLIA HYOSCYAMI NIGRI.

Folia Hyoscyami.

(*Pharmacopoearum Herba s. Folia Hyoscyami.*)

Hyoscyamus niger. L. Pentandria. Monogynia. L. Solaneæ. Juss. Solanaceæ. Endl. Planta biennis in Europa, etiam Norvegia, freqvens.

Folia colligenda, dum in eo est, ut floreat, planta.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana qvinqve (5).

FOLIA LAURI NOBILIS.

Folia Lauri.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Folia Lauri.*)

Laurus nobilis. L. Enneandria. Monogynia. L. Laurineæ. Endl. & aliorum. Arbor Asiæ minoris & Europæ australis indigena.

FOLIA MALVARUM.

(*Pharmacopoearum Folia s. Herba Malvæ.*)

Malva borealis. Wallr. (M. rotundifolia. β. pusilla. Sm.) — M. rotundifolia. L. & Sm. (M. vulgaris. Fr.) Monadelphia. Polyandria. L. Malvaceæ. Endl. & aliorum. Plantæ perennes Europæ, prior in Norvegia freqvens.

Folia colligenda, anteqvam floruerit planta.

FOLIA MENYANTHIS TRIFOLIATÆ.

Folia Menyanthis.

(*Ph. Sv. 45. Folia Trifolii aquatici; cæterarum Fol. s. Herba Trifolii fibrini.*)

Menyanthes trifoliata. L. Pentandria. Monogynia. L. Gentianeæ. Endl. & aliorum. Planta perennis Europæ, nec non borealis Asiæ & Americæ.

Folia colligenda, priusqvam floruerit planta.

FOLIA NICOTIANÆ TABACI.

Folia Nicotianæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Folia Tabaci s. Nicotianæ. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Fol. Nicotianæ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Nicotianæ.*)

Nicotiana Tabacum. L. Pentandria. Monogynia. L. Solaneæ. Juss. Solanaceæ. Endl. Planta annua Americæ meridionalis indigena, in multis terræ plagis culta.

Dosis media granum unum (1); periculosa grana tria (3).

FOLIA PETROSELINI SATIVI.

Folia Petroselini.

Petroselinum sativum. Hoffm. (Apium Petroselinum. L.) Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta biennis Europæ meridionalis, inprimis Sardiniæ, apud nos hortensis.

Folia, priusqvam floruerit planta, carpenda.

FOLIA RORISMARINI OFFICINALIS.

Folia Rorismarini.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Rorismarini s. Anthos. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Folia Rorismarini.*)

Rosmarinus officinalis. L. Diandria. Monogynia. L. Labiatæ. Endl. & aliorum. Frutex Europæ meridionalis indigenus, apud nos interdum hortensis.

FOLIA SALVIÆ OFFICINALIS.

Folia Salviæ.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Bor. 46. Folia Salviæ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Salviæ.*)

Salvia officinalis. L. Diandria. Monogynia. L. Labiatæ. Endl. & aliorum. Fruticulus Europæ meridionalis, apud nos hortensis.

Folia, priusquam floruerit planta, colligenda.

FOLIA TUSSILAGINIS FARFARÆ.

Folia Tussilaginis.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Bor. 46. Folia Tussilaginis s. Farfaræ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Farfaræ.*)

Tussilago Farfara. L. Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Herba perennis in argillosis, subhumidis locis Europæ totius, etiam Norvegiæ, Asiæ borealis & mediæ nascens.

Juniora plantæ folia colligenda.

FRUCTUS CANNABIS SATIVÆ.

Fructus Cannabis.

(*Pharmacopoearum Semen s. Semina Cannabis.*)

Cannabis sativa. L. Dioecia. Pentandria. L. Urticeæ. Juss. Cannabineæ. Endl. Planta annua Indiæ orientalis indigena, in Norvegia culta.

Prorsus maturi colligendi.

FRUCTUS CAPSICI ANNUI.

Fructus Capsici.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Piper indicum s. hispanicum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Fructus Capsici annui.*)

Capsicum annuum. L. Pentandria. Monogynia. L. Solaneæ. Juss. Solanaceæ. Endl. Planta annua Indiæ occidentalis et Americæ australis, interdum apud nos culta.

FRUCTUS CARI CARVI.

Fructus Cari.

(*Pharmacopoearum Semen s. Semina Carvi.*)

Carum Carvi. L. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta biennis in Norvegiæ pratis freqvens.

Bene maturi colligendi.

FRUCTUS CITRI AURANTII IMMATURI.

Fructus Aurantii immaturi.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Poma Aurantiorum immatura. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Fructus Aurantii immaturi. Ph. Hbg. 52. Poma s. Fructus Aurantii.*)

Citrus Aurantium. Vide Corticem.

FRUCTUS CITRI MEDICÆ.

Fructus Citri.

(*Ph. Dan. 05. Citra. Ph. Dan. 50. Poma Citri. Cæterarum Fructus Citri.*)

Citrus medica. L. Vide Corticem.

Fructus maturi recentes, qvatenus suppetant.

FRUCTUS CUMINI CYMINI.

Fructus Cumini.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Semina Cumini. Ph. Sv. 45. Sem. Cymini.*)

Cuminum Cyminum. L. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta annua orientalis, in Europa culta.

FRUCTUS FOENICULI OFFICINALIS.

Fructus Foeniculi.

(*Pharmacopoearum Semen vel Semina Foeniculi.*)

Foeniculum officinale. All. (Foeniculum vulgare. Gaertn. Anethum Foeniculum. L. Meum Foeniculum. Spr.) Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta perennis Europæ mediæ & meridionalis, interdum apud nos hortensis.

FRUCTUS HUMULI LUPULI.

Fructus Humuli.

(*Ph. Dan. 05. Coni Lupuli. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Strobili s. Strobuli Lupuli.*)

Humulus Lupulus. Foemina. L. Dioecia. Pentandria. L. Urticeæ. Juss. Cannabineæ. Endl. Planta perennis, in Norvegia sponte nascens & freqventer culta.

Fructus bene maturi colligendi.

FRUCTUS ILLICII ANISATI.

Fructus Illicii.

(*Ph. Dan. 05. Anisum stellatum. Ph. Sv. 45. Pericarpia cum seminibus Illicii anisati. Aliarum Pharmacopoearum Semina Anisi stellati.*)

Illicium Anisatum. L. Polyandria. Polygynia. L. Magnoliaceæ. Endl. & aliorum. Arbor Japoniæ, Chinæ & insularum Philippinarum.

FRUCTUS JUNIPERI COMMUNIS MATURI.

Fructus Juniperi.

(*Pharmacopoearum Baccæ Juniperi.*)

Juniperus communis. L. Dioecia. Monadelphia. L. Coniferæ. Juss. Cupressineæ. Endl. Frutex in Norvegia freqvens.

Fructus altero demum anno maturi, nigri, autumno colligendi.

FRUCTUS LAURI NOBILIS.

Fructus Lauri.

(*Pharmacopoearum Baccæ Lauri.*)

Laurus nobilis. Vide Folia.

FRUCTUS OENANAHES PHELLANDRII.

Fructus Oenanthes.

(*Pharmacopoearum Semina Phellandrii s. Foeniculi aqvatici.*)

Oenanthe Phellandrium. Lam. (Phellandrium aqvaticum. L.) Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta biennis Europæ & borealis Asiæ.

FRUCTUS PAPAVERIS SOMNIFERI IMMATURI.

Fructus Papaveris.

(*Ph. Dan. 50. Capita Papaveris albi. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Capita Papaveris.*)

Papaver somniferum. L. Polyandria. Monogynia. L. Papaveraceæ. Endl. & aliorum. Planta annua Orientis, etiam Europæ meridionalis.

FRUCTUS PETROSELINI SATIVI.

Fructus Petroselini.

(*Pharmacopoearum Semen v. Semina Petroselini.*)

Petroselinum sativum. Hoffm. (Apium Petroselinum. L.). Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta annua ubiqve in Europa culta.

Fructus prorsus maturi colligendi.

FRUCTUS PIMENTÆ AROMATICÆ.

Fructus Pimentæ.

(*Ph. Sv. 45. Piper jamaicense. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Semina Amomi. s. Piper jamaicense.*)

Pimenta aromatica. Nees. (Myrtus Pimenta. L. Eugenia Pimenta. DeC.) Icosandria. Monogynia. L. Myrtaceæ. Endl. & aliorum. Arbor Indiæ occidentalis, præsertim Jamaicæ.

FRUCTUS PIMPINELLÆ ANISI.

Fructus Anisi.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Hbg. 52. Anisum s. Semina Anisi. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Semina Anisi vulgaris.*)

Pimpinella Anisum. L. (Anisum vulgare. Gaertn.) Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta annua Ægypti & Græciæ insularum indigena, in Europa sparsim culta.

FRUCTUS PIPERIS CUBEBÆ.

Fructus Cubebæ.

(*Pharmacopoearum Cubebæ s. Piper caudatum.*)

Piper Cubeba. L. Diandria. Trigynia. L. Piperaceæ. Endl. & aliorum. Frutex Indiæ orientalis.

FRUCTUS PIPERIS NIGRI IMMATURI.

Fructus Piperis nigri.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Piper nigrum.*)

Piper nigrum. L. Frutex Indiæ orientalis indigenus, etiam in aliis terræ plagis cultus.

FRUCTUS PIPERIS NIGRI MATURI DECORTICATI.

Fructus Piperis nigri decorticati.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Piper album.*)

Piper nigrum. L. Vide Fructus immaturos.

FRUCTUS SAMBUCI NIGRÆ.

Fructus Sambuci.

(*Pharmacopoearum Baccæ Sambuci.*)

Sambucus nigra. L. Vide Flores.
Fructus siccati.

FRUCTUS TAMARINDI INDICÆ.

Fructus Tamarindi.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tamarindi, Fructus Tamarindi s. Tamarindorum.*)

Tamarindus indica. L. Triandria. Monogynia. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. Arbor Asiæ meridionalis & Africæ mediæ indigena, in terris tropicis freqventer culta.

Fructus conditi.

FULIGO SPLENDENS.

Fuligo.

(*Ph. Sv. 45. Dan. 50. Hbg. 52. Fuligo splendens.*)

Massa nigricans, splendens, fragilis, pumicosa, e ligni urentis fumo elicita, ad caminorum & fumariorum parietum partes inferiores deposita.

GALLÆ QUERCUS INFECTORIÆ.

Gallæ Qvercus.

(*Pharmacopoearum Gallæ, Gallæ turcicæ v. Gallæ haleppenses.*)

Qvercus infectoria. Oliv. Monoecia. Polyandria. L. Cupuliferæ. Bisch. & Endl. — Arbuscula orientalis, præsertim Asiæ minoris.

GELATINA CETRARIÆ.

(*Ph. Sv. 45. Dan. 50. Gelatina Lichenis islandici. Ph. Sl. Hols. 31. Gelatina Lichenis islandici amara.*)

Rp. Cetrariæ concisæ partem unam . . . . 1.
Coqvatur cum
Aqvæ partibus viginti qvatuor 24
ad expressam colaturam partium sedecim . . . . 16.
Ex tempore paretur.

GELATINA CETRARIÆ ELOTÆ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Gelatina Lichenis islandici edulcorata. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Gelatina Lichenis islandici.*)

E Cetraria elota uti Gelatina Cetrariæ paretur.

GELATINA SPHÆROCOCCI.

(*Ph. Sv. 45. Gelatina Caragheen. Ph. Dan. 50. Gelatina Lichenis Carragheni. Ph. Hbg. 52. Gelatina Fuci crispi.*)

Rp. Sphærococci concisi partem unam . . . . 1.
Coqvatur cum
Aqvæ partibus qvadraginta octo 48
ad expressam colaturam partium triginta duarum . . . 32.
Ex tempore paretur.

GLOBULI TARTRATIS FERRICO—KALICI.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Globuli Tartari martiati. Ph. Sv. 45. Globuli martiales. Ph. Hbg. 52. Globuli Tartari ferrati. Ph. Bor. 46. Ferro-kali tartaricum.*)

Rp. Ferri limati partes tres . . . . 3.
Tartratis hydrico-kalici pulverati partes octo . 8.
Aqvæ partes nonaginta sex . . . . 96.
In vase ferreo coqvantur, spatula ferrea agitata, qvamdiu Gas Hydrogenii evolvatur. Tum liqvor una cum sale albicante, ferro forte relicto intacto, defundatur & aqvam iterum iterumqve affundendo digeratur, donec maxima pars soluta sit. Vaporis dein balneo eo usqve evaporetur, ut exinde globuli formari possint.

GUMMI ACACIARUM.

(*Pharmacopoearum Gummi arabicum.*)

Acacia vera. Willd. (Mimosa nilotica. L. pro parte). A Senegal ad Ægyptum nascens. — A. arabica. Willd. (M. nilotica. L. pro parte). Ab Ægypto superiori & Arabia ad Indiam orientalem nascens. — Acacia ehrenbergiana. Hayne. (A. Ehrenbergii. Nees jun.). In desertis Lybiæ & Nubiæ nascens. Et plures species. Polygamia. Monoecia. L. Leguminosæ. Juss. Mimoseæ. Endl.

GUMMI ASTRAGALORUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Bor. 46. Tragacantha; reliqvarum Gummi Tragacanthæ.*)

Astragalus verus. Oliv. Astragalus gummifer. Labill. Frutices, alter Persiæ, Armeniæ & Asiæ minoris, alter Syriæ, inprimis ad Libanon, indigenus. — Diadelphia. Decandria. L. Leguminosæ. Juss. — Papilionaceæ. Endl.

GUMMI—RESINA BALSAMODENDRI MYRRHÆ.

Gummi-resina Balsamodendri.

(*Pharmacopoearum Myrrha*, *Myrrha electa*, *Gummi Myrrhæ.*)

Balsamodendron Myrrha. Ehr. Octandria. Monogynia. L. Burseraceæ. Endl. & Kunth. — Arbor Arabiæ indigena.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

GUMMI—RESINA BOSWELLIÆ SERRATÆ.

Gummi-resina Bosweliæ.

(*Pharmacopoearum Olibanum s. Thus.*)

Boswellia serrata. Stackh. (B. thurifera Roxb.) Decandria. Monogynia. L. Burseraceæ. Endl. & aliorum. Arbor Indiæ orientalis.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

*GUMMI—RESINA CONVOLVULI SCAMMONIÆ.

Gummi-resina Convolvuli.

(*Pharmacopoearum Scammonium vel Scammonium aleppense.*)

Convolvulus Scammonia. L. Pentandria. Monogynia. L. Convolvulaceæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis orientalis, inprimis in Syria freqvens.

Dosis media grana duo—tria (2—3); periculosa grana novem (9).

GUMMI—RESINA DOREMÆ ARMENIACI.

Gummi-resina Doremæ.

(*Pharmacopoearum Ammoniacum s. Gummi ammoniacum.*)

Dorema armeniacum. Don. (Ferula ammoniacum. Szowitz. - F. ammonifera. Lemery.) Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. — Suffrutex Armeniæ & Persiæ septentrionalis indigenus.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

GUMMI—RESINA FERULÆ ASÆ FOETIDÆ.

Gummi-resina Ferulæ.

(*Pharmacopoearum Asa foetida.*)

Ferula Asa foetida. Kæmpf. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis Persiæ indigena.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

GUMMI—RESINA GALBANI OFFICINALIS.

Gummi-resina Galbani.

(*Pharmacopoearum Galbanum s. Gummi Galbanum.*)

Galbanum officinale. Don. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. — Frutex Syriæ, Arabiæ, Persiæ & Indiæ orientalis indigenus.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

*GUMMI—RESINA HEBRADENDRI CAMBOGIOIDES.

Gummi-resina Hebradendri.

(*Pharmacopoearum Gutti, Cambogium vel Gummi Guttæ.*)

Hebradendron cambogioides. Grah. (Garcinia Morella. Desr. Mangostana Morella. Gaertn.) Dodecandria. Monogynia. L. Guttiferæ. Juss. Clusiaceæ. Endl. Arbor Siam, Cochinchinæ & insularum Moluccarum indigena, in insula Ceilan culta.

Electa dispensetur, nisi vilior species espresse præscripta sit.

Dosis media grana tria—qvatuor (3—4); periculosa grana decem (10).

HERBA FLORENS ARTEMISIÆ ABSYNTHII.

Herba Absynthii.

(*Ph. Dan. 05. Absynthium vulgare. Ph. Sv. 45. Absynthium. Ph. Dan. 50. Herba cum summitatibus Absynthii. Reliqvarum Hb. Absynthii.*)

Artemisia Absynthium. L. (Absynthium vulgare. Lam.) Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Suffrutex in tota Europa, etiam in Africa & Asia boreali freqvens.

Folia cum summitatibus colligenda.

HERBA FLORENS CHELIDONII MAJORIS.

Herba Chelidonii.

(*Pharmacopoearum Herba Chelidonii majoris s. Hb. Chelidonii.*)

Chelidonium majus. L. Polyandria. Monogynia. L. Papaveraceæ. Juss. & Endl. — Planta perennis in Europa, etiam in Norvegia freqvens.

HERBA FLORENS CNICI BENEDICTI.

Herba Cnici.

(*Pharmacopoearum Herba Cardui benedicti.*)

Cnicus benedictus. Gaertn. (Centaurea benedicta. L.) Syngenesia. Polygamia frustranea. L. Compositæ. Endl. & aliorum. — Planta annua Orientis & Europæ meridionalis indigena, apud nos hortensis.

HERBA FLORENS COCHLEARIÆ OFFICINALIS.

Herba Cochleariæ.

(*Pharmacopoearum Herba Cochleariæ.*)

Cochlearia officinalis. L. Tetradynamia. Siliculosa. L. Cruciferæ. Juss. & Endl. — Planta biennis ad litora Europæ, etiam Norvegiæ borealis, freqvens, in hortis culta.

HERBA FLORENS LOBELIÆ INFLATÆ.

Herba Lobeliæ.

(*Ph. Bor. 46. Herba Lobeliæ. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Hb. Lobeliæ inflatæ.*)

Lobelia inflata. L. Pentandria. Monogynia. L. Lobeliaceæ. Juss. & Endl. — Planta annua Americæ septentrionalis indigena.

HERBA FLORENS MELILOTORUM.

Herba Melilotorum.

(*Ph. Dan. 05. Coma Meliloti. Ph. Sl. Hols. 31. Flores Meliloti citrini. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Herba Meliloti cum floribus. Ph. Bor. 46. Hb. Meliloti citrini. Ph. Dan. 50. Hb. Meliloti.*)

Melilotus officinalis. Lam. (Trifolium Melilotus officinalis. L.) Melilotus petitpierreana. Willd. (M. arvensis. Wallr.) Diadelphia. Decandria. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. Plantæ annuæ & biennes totius fere Europæ, præsertim meridionalis.

HERBA FLORENS MELISSÆ OFFICINALIS.

Herba Melissæ.

(*Ph. Dan. 05. Herba Melissæ citratæ. Ph. Sv. 45. Hb. Melissæ citrinæ. Ph. Hbg. 52. Hb. Melissæ.*)

Melissa officinalis. L. Didynamia. Gymnospermia. L. Labiatæ. Juss. & Endl. Planta perennis Europæ meridionalis.

HERBA FLORENS MENTHÆ CRISPÆ.

Herba Menthæ.

(*Pharmacopoearum Herba Menthæ crispæ.*)

Mentha crispa. L. (M. aqvatica. Benth. M. sylvestris. β. undulata & γ. crispata. Koch.) — Didynamia. Gymnospermia. L. Labiatæ. Juss. & Endl. — Planta perennis Siberiæ indigena, apud nos hortensis.

HERBA FLORENS ORIGANI VULGARIS.

Herba Origani.

(*Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Herba Origani vulgaris cum floribus. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hb. Origani vulgaris.*)

Origanum vulgare. L. Didynamia. Gymnospermia. L. Labiatæ. Juss. & Endl. — Planta perennis mediæ Asiæ, septentrionalis Americæ & Europæ, etiam Norvegiæ.

HERBA FLORENS URTICARUM.

Herba Urticarum.

Urtica urens. U. dioica. L. Monoecia. Tetrandria. L. Urticeæ. Juss. Urticaceæ. Endl. Plantæ in Norvegia freqventissimæ.

HERBA FLORENS VIOLÆ TRICOLORIS.

Herba Violæ.

(*Pharmacopoearum Herba Violæ tricoloris s. Jaceæ.*)

Viola tricolor. L. (V. α. vulgaris & β. arvensis. Koch.) — Pentandria. Monogynia. L. Violarieæ. Endl. & aliorum. — Planta annua in Norvegia freqventissima.

HYDRARGYRUM.

(*Ph. Bor. 46. Hydrargyrum depuratum; cæterarum Hydrargyrum, Hydrargyrus s. Mercurius vivus.*)

Hg.

Hg = 1250,00

HYDRAS FERRICUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Ferrum oxydatum fuscum. Ph. Bor. 46. Ferrum hydricum.*)

$Fe2O_3$, 2HO.

$Fe2O_3$ =	1000,20	ɔ:	81,64
2HO =	225,00	ɔ:	18,36
	1225,20	ɔ:	100,00

HYDRATO—CARBONAS MAGNESICUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Magnesia carbonica. Ph. Sv. 45. Magnesia alba. Ph. Bor. 46. Magnesia hydrico-carbonica.*)

5MgO, 4CO, 5HO.

5MgO =	1250,95	ɔ:	42,94
$4CO_2$ =	1100,00	ɔ:	37,75
5HO =	562,50	ɔ:	19,31
	2913,45	ɔ:	100,00

HYDRATO—CARBONAS PLUMBICUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Cerussa alba. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Cerussa.*)

$2(PbO, CO_2)$, PbO, HO.

3PbO =	4183,94	ɔ:	86,33
$2CO_2$ =	550,00	ɔ:	11,35
HO =	112,50	ɔ:	2,32
	4846,44	ɔ:	100,00

HYDRATO—CARBONAS ZINCICUS.

(*Ph. Dan. 05. Zincum oxydatum album.*)

12ZO, $4CO_2$, 9HO.

12ZO =	6079,13	ɔ:	74,21
$4CO_2$ =	1100,00	ɔ:	13,43
9HO =	1012,50	ɔ:	12,36
	8191,63	ɔ:	100,00

ICHTHYOCOLLA.

(*Pharmacopoearum Ichthyocolla s. Colla piscium.*)

Acipenser Sturio. L. A. Huso. L. A. ruthenus. L. A. stellatus. L. Pisces. Chondropterygii. L. Maris Caspici fluminumqve Russiæ meridionalis incolæ.

INFUSA,

qvibus nulla formula nominatim præscripta est, eodem modo parentur, ac Infusum foliorum Cassiarum.

INFUSUM FOLIORUM CASSIARUM.

Infusum Cassiarum.

(*Ph. Sv. 45. Infusum Sennæ.*)

Rp. Foliorum Cassiarum concisorum partem unam . . 1.

Vasi stanneo vel cupreo stannato immissis infundantur

Aqvæ fervidæ

qvantum post dimidiæ horæ digestionem sufficiat ad expressam colaturam partium decem 10.

Liqvor, ut impuritates subsidant, per aliqvod tempus sepositus defundatur.

INFUSUM RADICIS RHEORUM NATRONATUM.

Infusum Rheorum.

(*Ph. Sv. 45. Infusum Rhei; cæterarum Tinctura Rhei vel Rhabarbari aqvosa.*)

Rp. Radicis Rheorum concisæ partes octo . . . . . 8.

Carbonatis natrici partes tres . . . . 3.

Per duodecim horas in vitreo vel porcellaneo vase macerentur cum

Aqvæ frigidæ

qvantum sufficiat ad expressam colaturam partium octoginta 80.

Liqvor, ut impuritates subsidant, per aliqvod tempus sepositus defundatur.

*IODETUM HYDRARGYROSUM FLAVUM.

(*Ph. Sv. 45. Jodetum hydrargyrosum. Ph. Bor. 46. Hydrargyrum iodatum flavum. Ph. Dan. 50. Hydrargyrum jodatum. Ph. Hbg. 52. Hydrargyrum iodatum.*)

$Hg_2, I.$

$$\begin{array}{rcl} Hg_2 = 2500{,}00 & \text{ɔ:} & 61{,}18 \\ I = 1585{,}99 & \text{ɔ:} & 38{,}82 \\ \hline 4085{,}99 & \text{ɔ:} & 100{,}00 \end{array}$$

Dosis media grani qvarta—dimidia ($^1/_4$—$^1/_2$) pars; periculosa granum unum & dimidium ($1^1/_2$).

*IODETUM HYDRARGYRICUM RUBRUM.

(*Ph. Sv. 45. Jodetum hydrargyricum. Ph. Bor. 46. Hydrargyrum biiodatum rubrum. Ph. Dan. 50. Hydrargyrum bijodatum. Ph. Hbg. 52 Hydrargyrum periodatum s. biiodatum.*)

Hg, I.

$$\begin{array}{rcl} Hg = 1250{,}00 & \text{ɔ:} & 44{,}08 \\ I = 1585{,}99 & \text{ɔ:} & 55{,}92 \\ \hline 2835{,}99 & \text{ɔ:} & 100{,}00 \end{array}$$

Dosis media grani duodecima—decima ($^1/_{12}$—$^1/_{10}$) pars; periculosa granum dimidium ($^1/_2$).

IODETUM KALICUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Kalium iodatum. Ph. Sv. 45. Jodetum kalicum. Ph. Dan. 50. Kali hydro—jodicum. Ph. Hbg. 52. Kalium iodatum.*)

K, I.

$$\begin{array}{rcl} K = 488{,}86 & \text{ɔ:} & 23{,}56 \\ I = 1585{,}99 & \text{ɔ:} & 76{,}44 \\ \hline 2074{,}85 & \text{ɔ:} & 100{,}00 \end{array}$$

Centum (100) partes septuaginta qvinqve (75) aqvæ partibus solvuntur.

*IODUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Jodum, Jodium, Jodina.*)

I.

I = 1585,99

Centum (100) partes septingentis millibus (700000) aqvæ partium solvuntur.

Dosis media grani qvarta—dimidia ($^1/_4$—$^1/_2$) pars; periculosa grana duo (2).

LACTAS FERROSUS CRYSTALLISATUS.

Lactus ferrosus.

(*Ph. Sv. 45. Lactas ferrosus. Ph. Hbg. 52. Ferrum lacticum.*)

2FeO, $\bar{L}a$, 6HO.

2FeO = 900,20 ɔ: 25,00
$C_{12}H_{10}O_{10} = \bar{L}a$ = 2025,00 ɔ: 56,25
6HO = 675,00 ɔ: 18,75
3600,20 ɔ: 100,00

LAPIS CALAMINARIS.

(*Pharmacopoearum Lapis calaminaris s. Cadmia.*)

Carbonas zincicus cum Oxydo ferrico & Silicea mixtus, circa Aqvisgranum, in Polonia & Anglia erutus.

LAPIS DIVINUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Cuprum aluminatum. Ph. Sv. 45. Lapis divinus.*)

Rp. Nitratis kalici,
Sulphatis cuprici,
Sulphatis kalico-aluminici, singulorum partes sedecim 16.

Contrita et mixta modico calore liqvefiant in crucibulo. Parum refrigeratis addatur

Camphoræ pulveratæ pars una . . . . 1.

Massa bene agitata et nonnihil refrigerata in frustula diffringatur.

LIGNUM GUAJACI OFFICINALIS.

Lignum Guajaci.

(*Pharmacopoearum Lignum Guajaci s. Lignum sanctum.*)

Guajacum officinale. L. Decandria. Monogynia. L. Zygophylleæ. Endl. & aliorum. — Arbor Indiæ occidentalis.

LIGNUM QVASSIÆ AMARÆ.

Lignum Qvassiæ.

(*Pharmacopoearum Lignum Qvassiæ.*)

Qvassia amara. L. Decandria. Monogynia. L. Simarubaceæ. Endl. Simarubeæ aliorum. — Frutex in regione Surinamensi spontaneus, in Guajana & Brasilia septentrionali cultus.

LINIMENTUM AMMONIACI.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Linimentum ammoniatum. Ph. Sv. 45. Linim. ammonicum. Ph. Bor. 46. Linim. ammoniacatum.*)

Rp. Pingvolei Oleæ partes qvatuor . . . . 4.
Solutionis Ammoniaci partes tres . . . . 3.
Qvassando misceantur.

LINIMENTUM AMMONIACI CAMPHORATUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Linimentum ammoniato-camphoratum. Ph. Dan. 50. Linim. ammoniatum-camphoratum.*)

Rp. Camphoræ pulveratæ partem unam . . . . 1.
Leni calore solvatur in
Pingvolei Oleæ partibus sedecim . . . . 16.
Addantur
Solutionis Ammoniaci partes duodecim . . . . . 12.
Qvassando misceantur.

LINIMENTUM HYDRARGYRI AMMONIACI CAMPHORATUM.

Rp. Linimenti Ammoniaci camphorati,
Ungventi Hydrargyri, singulorum partes æqvales.
Bene misceantur.
Ex tempore paretur.

LINIMENTUM OXYDI CALCICI.

Linimentum Calcis.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Linimentum ad ambustiones. Ph. Sv. 45. Linim. calcicum.*)

Rp. Pingvolei Lini,
Solutionis Oxydi calcici, singulorum partes æqvales.
Agitando misceantur.

LINIMENTUM SAPONATUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Linimentum saponato-camphoratum. Ph. Dan. 50. Balsamum Opodeldoc.*)

Rp. Saponis Sebi rasi partes octo . . . . 8.
Camphoræ contusæ partes duas . . . . 2.
Cucurbitæ immissis affundantur
Alcohol rectificati partes nonaginta sex . . . . 96.
Balneo aqvæ calefiant, donec soluta sint. Massa conservetur liqvida, usqve dum impuritates separatæ sint. Liqvori limpido defuso, adhuc fluido, addantur
Solutionis Ammoniaci partes tres . . . . 3.
Ætherolei Rorismarini,
— Thymi, singulorum pars una . . . . 1.
Bene commixta qvam citissime clauso vase refrigerentur.

LIQVOR ANTISPASTICUS.

Rp. Solutionis Succinatis ammonici,
Ætheris alcoholici, singulorum partes æqvales.
Misceantur.

LIQVOR HYDRARGYRICUS FLAVUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Aqva phagedænica. Ph. Hbg. 52. Liqvor Hydrargyri bichlorati corrosivi cum Calcaria usta.*)

Rp. Chloreti hydrargyrici corrosivi partem unam . 1.
In vitreo vel lapideo mortario tritæ subinde immisceantur
Solutionis Oxydi calcici partes ducentæ & qvadraginta 240.
Anteqvam dispensetur, bene agitetur.

LIQVOR HYDRARGYROSUS NIGER.

(*Ph. Dan. 50. Aqva mercurialis nigra.*)

Rp. Chloreti hydrargyrosi mitis lævigati partem unam 1.
Lagenæ immisso assiduo concussu addantur
Solutionis Oxydi calcici partes ducentæ & qvadraginta 240.
Anteqvam dispensetur, bene conqvassetur.

LIQVOR OPHTHALMICUS ALBUS.

(*Ph. Dan. 50. Aqva ophthalmica alba.*)

Rp. Sulphatis zincici partes duas . . . . 2.
Solvantur in
Aqvæ Rosæ partibus qvingentis . . . . 500.
Filtretur.
Acetatis plumbici partem unam . . . . 1.
Solvatur in
Aqvæ Rosæ partibus qvingentis . . . . 500.
Filtretur.
Solutionibus commixtis sedulo concussu addatur
Camphoræ, in Alcohol tenui solutæ, pars una 1.
Bene conqvassetur, anteqvam dispensetur.

LIQVOR SULPHATIS CUPRICI COMPOSITUS.

(*Ph. Hbg. 52. Liqvor stypticus.*)

Rp. Sulphatis cuprici,
Sulphatis kalico-aluminici crystallisati, singulorum partes duodecim 12.
In mortario lapideo triturata solvantur in
Aqvæ partibus nonaginta sex . . . . 96.
Assiduo concussu sensim addatur
Acidi sulphurici concentrati pars una . . . . . . 1.
Filtretur.

LIQVOR VULNERARIUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Aqva vulneraria acida. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Mixtura vulneraria acida. Ph. Dan. 50. Aqva vulneraria Thedenii.*)

Rp. Acidi sulphurici diluti partem unam . . . . 1.
Aceti partes sex . . . . 6.
Alcohol tenuis partes tres . . . . 3.
Mellis depurati partes duas . . . . 2.
Conqvassando mixta filtrentur.

MANNA ORNI EUROPÆÆ.

Manna.

(*Pharmacopoearum Manna, Manna calabrina s. Manna electa.*)

Ornus europæa. Pers. (Fraxinus Ornus. L.) Diandria. Monogynia. L. Jasmineæ. Juss. Oleaceæ. Endl. — Arbor Europæ meridionalis.

MASSA CHARTÆ ANTIRHEUMATICÆ.

Rp. Colophonii,
Picis Pinorum solidæ, singulorum partes duodecim 12.
Ceræ partes qvatuor . . . . 4.
Picis Pinorum liqvidæ partes tres . . . . 3.
Liqvando mixta massa coletur.

MASSA PILULARUM ALTERANTIUM.

Rp. Chloreti hydrargyrosi mitis lævigati,
Sulphidi stibici, singulorum partes duas . . . . . 2.
In lapideo mortario contrita bene commisceantur cum
Resinæ Guajaci pulveratæ partibus qvatuor . . . 4.
Balsami Copaiferarum sufficiente qvantitate.
Ex tempore paretur.

MASSA PILULARUM ANTIHYDROPICARUM.

(*Ph. Dan. 50. Pilulæ ad hydropicos.*)

Rp. Chloreti hydrargyrosi mitis lævigati,
Pulveris stibici, singulorum partem unam . . . . 1.
Bene commixtis addantur
Bulborum Scillæ pulveratorum partes duæ . . . . 2.
Saponis alicantini pulverati partes sex . . . . . . 6.
Ætherolei Juniperi partes duæ . . . . 2.
Exacte commisceantur.

MASSA PILULARUM ANTIHYSTERICARUM.

Rp. Massa pilularum aperientium,
— — gummosarum, singularum partes æqvales.
Bene misceantur.

MASSA PILULARUM APERIENTIUM.

(*Ph. Dan. 50. Pilulæ aperientes cum Marte.*)

Rp. Hydratis ferrici partes qvatuor . . . . 4.

Gummi-resinæ Balsamodendri,
— — Doremæ,
— — Galbani,
Aloes, pulveratarum, singularum partes duas . . 2.
Sulphidi stibici,
Chloreti hydrargyrosi mitis lævigati, singulorum partem unam 1.
Diligentissime commisceantur

MASSA PILULARUM APERIENTIUM MITIORES.

Rp. Hydratis ferrici partes qvatuor . . . . 4.
Gummi-resinæ Balsamodendri,
— — Doremæ,
— — Galbani,
Aloes, pulveratarum, singularum partes duas . . 2.
Sulphidi stibici partem unam . . . . 1.
Exactissime misceantur.

*MASSA PILULARUM CHLORETI HYDRARGYRICI.

Rp. Chloreti hydrargyrici corrosivi partem unam . . 1.
In aqvæ destillatæ qvantitate sufficiente solutæ exactissime admisceantur
Micæ panis triticei,
Sacchari pulverati, singulorum partes decem . 10.
Ex tempore paretur.

MASSA PILULARUM GUMMOSARUM.

(*Ph. Dan. 50. Pilulæ gummosæ.*)

Rp. Gummi-resinæ Ferulæ partes sedecim . . . . . . 16.
— — Galbani,
Fuliginis, singularum partes triginta duas . . . 32.
Pulveratis commisceantur
Olei Succini rectificati partes tres . . . . 3.

MASSA PILULARUM HYDRARGYRICO-STIBICARUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Pilulæ æthiopicæ.*)

Rp. Hydrargyri partes sex . . . . 6.
Sulphidi stibici partes qvatuor . . . . 4.
In lapideo mortario ad perfectam globulorum exstinctionem tritis addantur et exacte commisceantur
Saponis alicantini,
Resinæ Guajaci, pulveratorum, singulorum partes qvatuor 4.

*MASSA PILULARUM PULPÆ COLOCYNTHIDIS COMPOSITARUM.

Massa pilularum Colocynthidis compositarum.

Rp. Pulpæ Colocynthidis pulveratæ partes tres . . . . 3.
Aloes,
Gummi-resinæ Convolvuli, pulveratarum, singularum partes sex 6.
Ætherolei Caryophylli partem unam . . . . 1.
Bene commixtis triturando addantur
Sebi partes novem . . . . 9.
Dosis media grana duo—tria (2—3); dosis periculosa grana decem (10).

MASSA PILULARUM RADICIS RHEORUM COMPOSITARUM.

Massa pilularum Rheorum compositarum.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Rhei compositum.*)

Rp. Extractum Rheorum partes sedecim . . . . . . 16.
Aloes partes qvinqve . . . . 5.
Massæ pilularum Resinæ Ipomæarum partes octo 8.
Pulverata commisceantur.

MASSA PILULARUM RESINÆ IPOMÆARUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Sapo jalapinus.*)

Rp. Resinæ Ipomæarum,
Saponis alicantini, singulorum partes æqvales.
Pulverata exactissime misceantur.

MASSA PILULARUM RESOLVENTIUM.

(*Ph. Dan. 05. Pilulæ resolventes.*)

Rp. Gummi-resinæ Doremæ pulveratæ,
Saponis alicantini pulverati,
Extracti Conii maculati, singulorum partes æqvales.
Bene misceantur.

MASSA PILULARUM SCILLITICARUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Pilulæ scilliticæ.*)

Rp. Bulborum Scillæ,
Gummi-resinæ Doremæ,
Radicis Zingiberis, pulveratorum, singulorum partes qvatuor 4.
Saponis alicantini pulverati partes octo . . . . . 8.
Balsami Copaiferarum partem unam . . . . 1.
Terendo commisceantur.

MASSA PILULARUM SEDANTIUM.

Rp. Opii,
Gummi-resinæ Boswelliæ,
Sacchari, singulorum partes duas . . . . 2.
Gummi-resinæ Balsamodendri partes tres . . . . 3.
Seminum Hyoscyami,
Resinæ Styracis,
Florum Caryophylli,
Corticis Cinnamomi,
Stigmatum Croci,
Castorei, singulorum partem unam . . . . 1.
Pulverata bene commisceantur.
Partes qvindecim (15) continent Opii partes duas (2) et Seminum Hyoscyami partem unam (1).

MASSA PILULARUM SEDANTIUM CUM CYNOGLOSSO.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Massa pilularum e vel de Cynoglosso.*)

Rp. Opii,
Gummi-resinæ Boswelliæ,
Radicis Cynoglossi, singulorum partes duas . . . 2.
Gummi-resinæ Balsamodendri partes tres . . . . 3.
Seminum Hyoscyami,
Resinæ Styracis,
Florum Caryophylli,
Corticis Cinnamomi,
Stigmatum Croci,
Castorei, singulorum partem unam . . . . 1.
Pulverata bene commisceantur.

Partes qvindecim (15) continent Opii partes duas (2) & Seminum Hyoscyami partem unam (1).

MASSA PILULARUM TONICO—NERVINARUM.

(*Ph. Dan 05. Pilulæ tonico-nervinæ.*)

Rp. Sulphatis ferrosi,
Gummi-resinæ Ferulæ,
Extracti Cnici, singulorum partes æqvales.
Pulverata misceantur.

MEDULLA OSSIUM BOVIS TAURI DEPURATA.

Medulla Bovis.

(*Ph. Hbg. 52. Medulla bovina.*)

Bos Taurus. L. Vide Bilem bovinam siccatam.

Medullam recentem e cavis ossium majorum tubulatorum balneo aqvæ liqva & adhuc calentem per linteum pannum cola.

Ex tempore paretur.

MEL ALBUM.

Mel.

(*Pharmacopoearum Mel, Mel album, Mel virgineum.*)

Apis mellifica. Vide Ceram.

Liqvidum ex apium junioribus favis sponte effluens.

MEL BORACINUM.

Rp. Mellis despumati partes novem . . . . 9.
Biboratis natrici pulverati partem unam . . . . . . 1.
Misceantur.

MEL DESPUMATUM.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Mel despumatum; cœterarum Mel depuratum.*)

Rp. Mellis partes duas . . . . 2.
Aqvæ partem unam . . . . 1.
Ebullita despumentur, per linteum pannum colentur & aqvæ balneo ad Syrupi spissitudinem evaporentur.

MEL ROSACEUM.

(*Ph. Sv. 45. Mel Rosæ; cœterarum Mel rosatum.*)

Rp. Petalorum Rosæ concisorum partem unam . . . 1.
Aqvæ fervidæ partes sex . . . . 6.
Per duodecim horas macerata colentur & exprimantur. Liqvori limpido admisceantur
Mellis despumati partes duodecim . . . . 12.
Balneo aqvæ, caloris gradum octogesimum non excedentis, ad Syrupi spissitudinem evaporata colentur.

* MINIUM.

(*Pharmacopoearum Minium.*)

MIXTURA ACIDA.

(*Ph. Dan. 50. Mixtura acida mineralis.*)

Rp. Acidi sulphurici diluti partem unam . . . . 1.
Aqvæ partes qvadraginta octo . . . . 48.
Syrupi Rubi partes octo . . . . 8.
Misceantur.

MIXTURA ALBA.

(*Ph. Dan. 50. Mixtura alba. Ph. Hbg. 52. Mixt. cretacea.*)

Rp. Concharum Ostreæ partes duas . . . . 2.
Gummi Acaciarum partem unam . . . . 1.
Sacchari partes duas . . . . 2.
Pulverata bene triturentur cum
Aqvæ fervidæ partibus sexaginta qvatuor . . . 64.
Dein misceantur cum
Aqvæ Cinnamomi partibus duabus . . . . 2.

MIXTURA APERIENS.

Rp. Infusi Rheorum partes tres . . . . 3.
Tartratis bikalici partem unam . . . . 1.
Aqvæ partes duas . . . . 2.
Misceantur.

MIXTURA BALSAMODENDRI FERRATA.

(*Ph. Sv. 45. Dan. 50. Mixtura Ferri composita. Ph. Sv. 45. Emulsio Myrrhæ ferrata.*)

Rp. Gummi-resinæ Balsamodendri pulveratæ partes duas 2.
Carbonatis kalici partem unam . . . . 1.
Aqvæ partes nonaginta sex . . . . 96.
Syrupi Sacchari partes octo . . . . 8.
Bene contritis admisceatur
Sulphatis ferrosi pars una 1,
soluta in
Aqvæ Rosæ partibus triginta duabus . . . . 32.
Ex tempore paretur.

MIXTURA CAMPHORATA.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Mixtura camphorata.*)

Rp. Camphoræ partem unam . . . . 1.
Gummi Acaciarum partes qvatuor . . . . 4.
Pulveratis & bene trituratis sensim addantur

Aqvæ partes centum & qvatuor . . . . 104.
Syrupi Rubi partes sedecim . . . . 16.
Misceantur.

MIXTURA CAMPHORATA ACIDA.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Mixtura camphorata acida.*)

Rp. Mixturæ camphoratæ partes qvatuordecim . . . . 14.
Aceti partem unam . . . . 1.
Misceantur.

MIXTURA DIURETICA.

Rp. Aceti scillitici,
Spiritus muriatico-ætherei, singulorum partes æqvales.
Misceantur.

MIXTURA MANNATA.

Rp. Mannæ partes qvatuor . . . . 4.
Sulphatis magnesici partem unam . . . . 1.
Solvantur in
Aqvæ fervidæ partibus decem . . . . 10.
Colatis addantur
Pingvolei Oleæ partes tres . . . . 3.
Bene qvassando misceantur.

*MORPHINUM CRYSTALLISATUM.

Morphinum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Morphinum, Morphium, Morphina.*)

$$\overset{+}{Mo} + 2HO.$$

$$C_{34} H_{19} NO_6 = \overset{+}{Mo} = 3562{,}50 \;\text{ɔ:}\; 94{,}06$$
$$2HO = 225{,}00 \;\text{ɔ:}\; 5{,}94$$
$$3787{,}50 \;\text{ɔ:}\; 100{,}00$$

Dosis media grani decima—qvinta ($^1/_{10}$—$^1/_5$) pars; periculosa granum dimidium ($^1/_2$).

MOSCHUS.

(*Pharmacopoearum Moschus*, *M. orientalis*, *M. tunqvinensis.*)

Moschus moschiferus. L. Mammalia. Bisulca. Ruminantia. L. — Pecus alpinum & montanum Asiæ mediæ, inprimis regni Thibetani & Siberiæ australis.

Medico usui asservetur Moschus in folliculis integris inclusus, rejecto, qvi e folliculis exemtus (Moscho ex vesicis) & in folliculis consutis contentus est.

MUCILAGO GUMMI ACACIARUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Mucilago Gummi arabici. Ph. Hbg. 52. Muc. Gummi Mimosæ.*)

Rp. Gummi Acaciarum pulverati partem unam . . . . 1.
Solvatur in
Aqvæ frigidæ partibus duabus . . . . 2.
Colentur.
Ex tempore paretur.

MUCILAGO RADICIS ALTHÆÆ.

Mucilago Althææ.

Rp. Radicis Althææ concisæ partem unam . . . . . . 1.
Aqvæ ebullientis partes sedecim . . . . 16.
Conqvassentur, donec Mucilago extracta sit. Colentur.
Ex tempore paretur.

MUCILAGO RADICIS ORCHIDUM.

Mucilago Orchidum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Mucilago Salep. Ph. Hbg. 52. Muc. radicis Salep. Ph. Dan. 50. Infusum Salep.*)

Rp. Radicis Orchidum pulveratæ partem unam . . . 1.
Aqvæ fervidæ partes octoginta . . . . 80.
Assidue agitando & ebulliendo solve & cola.
Ex tempore paretur.

MUCILAGO SEMINUM CYDONIÆ.

Mucilago Cydoniæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Dan. 50. Hbg. 52. Mucilago seminis vel seminum Cydoniorum. Ph. Bor. 46. Muc. Cydoniæ.*)

Rp. Seminum Cydoniæ integrorum partem unam . 1.
Aqvæ temperatæ partes centum et qvinqvaginta 150.
Vitro immissa subinde concutiantur, donec Mucilago extracta sit. Colentur.
Ex tempore paretur.

MUCILAGO SEMINUM LINI.

Mucilago Lini.

Ex integris seminibus, antea Aqva bene elotis, cæterum uti Mucilago radicis Althææ paretur.

*NITRAS ARGENTICUS CRYSTALLISATUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Argentum nitricum crystallisatum. Ph. Sv. 45. Nitras argenticus.*)

$$AgO, NO_5.$$

AgO =	1449,66	ɔ:	68,23
NO_5 =	675,06	ɔ:	31,77
	2124,72	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ centum (100) solvuntur.

In clauso vase denigrato servetur.

Dosis media grani sexta—qvarta ($^1/_6$—$^1/_4$) pars; periculosa granum dimidium ($^1/_2$).

*NITRAS ARGENTICUS FUSUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Argentum nitricum fusum. Ph. Sv. 45. Nitras argenticus in bacillis.*)

$$AgO, NO_5.$$

AgO =	1449,66	ɔ:	68,23
NO_5 =	675,06	ɔ:	31,77
	2124,72	ɔ:	100,00

Nitras argenticus crystallisatus in porcellaneo vase leni calore liqvetur; liqvatus in politum ferreum modiolum idoneum tepefactum effundatur. Bacilli e refrigerato modiolo eximantur, in clauso vase denigrato servandi.

Partes centum (100) partibus aqvæ centum (100) solvuntur.

*NITRAS HYDRARGYROSO—AMMONIACUS.

(*Ph. Dan. 05. Hydrargyrum oxydatum nigrum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Hydrargyrum oxydulatum nigrum.*)

$2Hg_2O, NH_3, NO_5$.

$2Hg_2O$ =	5200,00	ɔ:	85,42
NH_3 =	212,56	ɔ:	3,49
NO_5 =	675,06	ɔ:	11,09
	6087,62	ɔ:	100,00

* NITRAS HYDRARGYROSUS CRYSTALLISATUS.

Nitras hydrargyrosus.

(*Ph. Dan. 05. Hydrargyrum nitricum.*)

$Hg_2O, NO_5, 2HO$.

Hg_2O =	2600,00	ɔ:	74,28
NO_5 =	675,06	ɔ:	19,29
$2HO$ =	225,00	ɔ:	6,43
	3500,06	ɔ:	100,00

Dosis media grani sexta—qvarta ($^1/_6$—$^1/_4$) pars; periculosa grani tres qvadrantes. ($^3/_4$).

NITRAS KALICUS.

(*Ph. Sv. 45. Nitras kalicus depuratus; cæterarum Kali nitricum depuratum.*)

KO, NO_5.

KO =	588,86	ɔ:	46,59
NO_5 =	675,06	ɔ:	53,41
	1263,92	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ trecentis qvadraginta qvinqve (345) solvuntur.

NITRAS NATRICUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Natrum nitricum. Bor. 46. Dan. 50. Natrum nitricum depuratum.*)

NaO, NO_5.

NaO =	389,73	ɔ:	36,60
NO_5 =	675,06	ɔ:	63,40
	1064,79	ɔ:	100,00

Centum (100) partes partibus aqvæ centum & decem (110) solvuntur.

OLEA INFUSA,

qvibus nulla præparatio nominatim præscripta est, uti Oleum florum Hyperici infusum parentur.

OLEUM ANIMALE CRUDUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Oleum animale foetidum. Ph. Sv. 45. Ol. Cornu Cervi empyreumaticum.*)

OLEUM ANIMALE RECTIFICATUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Oleum animale æthereum. Ph. Sv. 45. Ol. Cornu Cervi empyreumaticum rectificatum.*)

Ex Oleo animali crudo ad eandem normam paretur, ac Ætheroleum Melaleucarum rectificatum.

OLEUM CAMPHORATUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Oleum camphoratum. Ph. Sv. 45. Solutio Camphoræ oleosa.*)

Rp. Camphoræ pulveratæ partem unam . . . . 1.
Pingvolei Oleæ partes qvatuor . . . . 4.
In mortario porcellaneo vel lapideo triturando fiat solutio.

OLEUM CANTHARIDUM INFUSUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Oleum Cantharidum infusum.*)

Rp. Cantharidum pulveratarum partem unam . . . . . 1.
Pingvolei Oleæ partes qvatuor . . . . 4.
Per sex horas aqvæ balneo digesta per linteum pannum colentur & expressa seponantur, donec impuritates subsederint. Limpido oleo defuso, sedimentum filtretur.

OLEUM CARMINATIVUM.

(*Ph. Dan. 05. Oleum carminativum.*)

Rp. Olei Matricariæ infusi partes sexaginta qvatuor 64.
Ætherolei Menthæ partes qvatuor . . . . 4.
— Cari,
— Cumini,
— Foeniculi, singulorum partem unam . 1.
Conqvassando misceantur.

OLEUM CARMINATIVUM MITIUS.

Rp. Olei Matricariæ infusi partes sexaginta qvatuor 64.
Ætherolei Menthæ partes qvatuor . . . . 4.
— Cari partes tres . . . . 3.
Conqvassando misceantur.

OLEUM CHABERTI.

(*Ph. Sv. 45. Oleum Chaberti. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Ol. contra tæniam Chaberti. Ph. Dan. 50. Ol. contra tæniam.*)

Rp. Olei animalis rectificati partem unam . . . . 1.
Ætherolei Pinorum rectificati partes novem . . . 9.
Misceantur.
Parvis vitris, a luce prohibendis, servetur.

OLEUM EMPYREUMATICUM CERÆ.

Oleum Ceræ.

(*Ph. Dan. 05. Oleum Ceræ.*)

Rp. Ceræ rasæ,
Calcariæ ustæ pulveratæ, singularum partes duas . 2.
Immissa cucurbitæ vitreæ, arenæ balneo impositæ, igni gradatim adaucto destillationi subjiciantur, donec volatiles partes transierint. Oleum butyraceum ita obtentum altera destillatione supra
Calcariæ ustæ partem unam 1
rectificetur.

OLEUM FLORUM HYPERICI INFUSUM.

Oleum Hyperici infusum.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Oleum Hyperici coctum vel infusum.*)

Rp. Florum Hyperici siccatorum minutim concisorum partem unam 1.
Contunde in mortario cum
Alcohol rectificatissimi partibus duabus . . . . . . 2.
In vase bene clauso per duodecim horas maceratis adde
Pingvolei Oleæ partes qvatuor . . . . 4.

In balneo aqvæ caloris gradu 90—100, usqve dum Alcohol evaporatum sit, calefacta colentur & expressa seponantur, donec impuritates subsederint. Limpido oleo defuso, sedimentum filtretur.

OLEUM FLORUM MATRICARIÆ INFUSUM.

Oleum Matricariæ infusum.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Oleum Chamomillæ coctum vel infusum.*)

Uti Oleum florum Hyperici infusum paretur.

OLEUM FOLIORUM HYOSCYAMI INFUSUM.

Oleum Hyoscyami infusum.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Oleum Hyoscyami coctum vel infusum.*)

Uti Oleum florum Hyperici infusum paretur.

OLEUM HERBÆ ARTEMISIÆ INFUSUM.

Oleum Absynthii infusum.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Oleum Absynthii coctum vel infusum. Ph. Bor. 46. Ol. Absynthii.*)

Uti Oleum florum Hyperici infusum paretur.

OLEUM LINI SULPHURATUM.

(*Ph. Dan. 05. Balsamum Sulphuris simplex. Ph. Sv. 45. Bals. Sulphuris. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Oleum Lini sulphuratum.*)

Rp. Sulphuris sublimati pulverati partem unam . . . 1.
Pingvolei Lini partes octo . . . . 8.

In ferreo vase coqvantur, donec Sulphur solutum sit, vel donec mixtionis pars frigido corpori instillata nihil Sulphuris emittat, sed, ubi refrigerata est, clara remaneat. Cito tunc vas ab igne removeatur.

OLEUM SUCCINI RECTIFICATUM.

(*Pharmacopoearum Oleum Succini s. Ol. Succini rectificatum.*)

Ex Oleo Succini crudo, cæterum uti Ætheroleum Melaleucarum rectificatum paretur.

OLEUM SULPHURIS TEREBINTHINATUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Balsamum Sulphuris terebinthinatum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Oleum Terebinthinæ sulphuratum.*)

Rp. Olei Lini sulphurati partem unam . . . . 1.
Ætherolei Pinorum partes qvatuor . . . . 4.
Agitando misceantur.

*OPIUM.

(*Pharmacopoearum Opium, O. thebaicum, O. turcicum, O. smyrnæum, O. ægyptiacum.*)

Papaver somniferum. L. Polyandria. Monogynia. L. Papaveraceæ. Endl. & aliorum. — Planta annua Orientis, etiam Europæ meridionalis.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); periculosa grana tria (3).

*OPIUM DEPURATUM.

(*Ph. Sv. 45. Opium depuratum; cæterarum Extractum Opii.*)

Rp. Opii in frustula tenuia concisi partem unam . . 1.
Aqvæ partes sex . . . . 6.
Per viginti qvatuor horas sæpius agitando macerata linteo panno imponantur et prelo exprimantur. Residuis partibus infundantur
Aqvæ partes qvatuor . . . . 4.
Denuo per horas viginti qvatuor macerata & linteo panno imposita prelo exprimantur. Liqvores commixti, ut subsidant, seponantur et, a sedimento defusi, ad solitam Extracti spissitudinem evaporentur, qvod solvatur in
Aqvæ partibus octo . . . . 8.
Solutio, ut subsidat, seposita et a sedimento defusa filtretur et aqvæ balneo exsiccetur.
Dosis media granum dimidium ($^1/_2$); periculosa grana duo (2).

OXYDUM CALCICUM.

(*Pharmacopoearum Calx, Calcaria, Calx viva s. usta.*)

$Ca, O.$

Ca =	250,00	ɔ:	71,43
O =	100,00	ɔ:	28,57
	350,00	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ septuagies septies mille & octingentis (77800) solvuntur.

* OXYDUM HYDRARGYRICUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Bor. 46. Hbg. 52. Hydrargyrum oxydatum rubrum. Ph. Sl. Hols. 31. Hydr. oxydatum rubrum præparatum. Ph. Sv. 45. Oxydum hydrargyricum.*)

$Hg, O.$

Hg =	1250,00	ɔ:	92,60
O =	100,00	ɔ:	7,40
	1350,00	ɔ:	100,00

Dosis media grani octava—sexta ($^1/_8$—$^1/_6$) pars; periculosa granum dimidium ($^1/_2$).

OXYDUM MAGNESICUM.

(*Pharmacopoearum Magnesia usta.*)

$Mg, O.$

Mg =	150,19	ɔ:	60,03
O =	100,00	ɔ:	39,97
	250,19	ɔ:	100,00

* OXYDUM PLUMBICUM.

(*Pharmacopoearum Lithargyrum.*)

$Pb, O.$

Pb =	1294,65	ɔ:	92,83
O =	100,00	ɔ:	7,17
	1394,65	ɔ:	100,00

* OXYDUM STIBICUM.

(*Ph. Sv. 45. Oxydum stibicum. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Stibium oxydatum.*)

$Sb, O_3.$

Sb =	1612,90	ɔ:	84,32
O_3 =	300,00	ɔ:	15,68
	1912,90	ɔ:	100,00

Humida via paretur.

OXYDUM ZINCICUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Zincum oxydatum. Ph. Sv. 45. Oxydum zincicum. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Zincum oxydatum album.*)

Zn, O.

Zn =	406,59	ɔ:	80,26
O =	100,00	ɔ:	19,74
	506,59	ɔ:	100,00

OXYMEL ÆRUGINIS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Dan. 50. Oxymel Æruginis. Ph. Bor. 46. Linimentum Æruginis.*)

Rp. Acetatis cuprici pulverati partes duas . . . . . . 2.
Aqvæ partes decem . . . . 10.
In cupreo vase coctione solutis addantur
Mellis despumati partes qvinqve . . . . 5.
Continua agitatione ad Ungventi formam coqvantur.

OXYMEL SCILLÆ.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Oxymel scilliticum. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Ox. Scillæ.*)

Rp. Mellis despumati partes qvinqve . . . . 5.
Aceti Scillæ partes duas . . . . 2.
Balneo aqvæ ad partes sex 6
evaporata despumentur et colentur.

OXYMEL SIMPLEX.

(*Ph. Sv. 45. Oxymel; cæterarum Oxymel simplex.*)

Cum Acido acetico diluto, cæterum uti Oxymel scilliticum paretur.

PASTA CHLORETI ZINCICI.

Rp. Solutionis Chloreti zincici concentratæ partem unam 1.
Farinæ Triticorum secundum medici præscriptum
partes duas vel tres vel qvatuor 2—3—4.
In ligneo mortario bene commixta tanta Aqvæ qvantitate guttatim instillata lignea spatula conterantur, qvanta

ad Pastam formandam opus sit. Massa dein in tabula lignea, ope cylindri lignei hinc inde manubrio instructi, in laminas tenues planas extendatur.
Ex tempore paretur.

PASTA CHLORETI ZINCICI & STIBICI.

Rp. Solutionis Chloreti zincici concentratæ partes duas 2.
— Chloreti stibici partem unam . . . . 1.
Farinæ Triticorum partes qvinqve . . . . 5.
Cæterum uti Pasta Chloreti zincici paretur.
Ex tempore paretur.

PASTA RADICIS ALTHÆÆ.

Pasta Althææ.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Hbg. 52. Pasta Althææ.*)

Rp. Radicis Althææ concisæ partes tres . . . . 3.
Aqvæ partes nonaginta sex . . . . 96.
Per unam horam macerata colentur et modice exprimantur. In colatura leni igne solvantur
Gummi Acaciarum,
Sacchari, pulveratorum, singulorum partes triginta sex 36.
Colata in cupreo lebete stannato leni calore, potissimum vaporis balneo, evaporentur, spatula lignea assidue agitando, donec parva pars, in corpore frigido refrigerata, digitis non adhæreat. Sensim dein addantur
Albuminis ovorum recentium,
in spumam conqvassati, partes qvadraginta . . . . 40.
Leni calore evaporetur massa assidue agitando, donec supra dictam spissitudinem recuperaverit. Exacte immisceatur
Elæosacchari Rosæ pars una . . . . 1.
Massa adhuc calida in papyraceas capsulas, farina triticea adspersas, effundatur. Leni calore siccata in taleolas fundatur.

PASTA RADICIS GLYCYRRHIZARUM.

Pasta Glycyrrhizarum.

(*Ph. Dan. 05. Gelatina Liqviritiæ; cæterarum Pasta Liqviritiæ s. Glycyrrhizæ.*)

Rp. Radicis Glycyrrhizarum concisæ partem unam . 1.
Aqvæ partes sexaginta . . . . 60.

Per duodecim horas macerata per laneum pannum colentur et leviter exprimantur. Liqvor ebulliatur et refrigeratus coletur. In eodem solvantur

Gummi Acaciarum pulverati partes qvadraginta octo 48.
Sacchari pulverati partes triginta duæ . . . . . 32.

Soluta et per laneum pannum colata in idoneo vase calore septuagesimum gradum non superante evaporentur, donec gutta, frigidæ laminæ metallicæ instillata, fluere desierit. Remota pellicula, massa in ferreas capsulas stannatas, Pingvoleo Theobromatum illitas, effundatur et leni calore siccetur.

PASTA SEMINUM BRASSICÆ.

Pasta Brassicæ.

(*Ph. Sv. 45. Cataplasma sinapinum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Sinapismus.*)

Rp. Seminum Brassicæ pulveratorum,
Farinæ Triticorum, singulorum partes æqvales.

Exacte commixtis addatur

Aqvæ temperatæ

qvantum ad Pastam formandam necesse sit.
Ex tempore paretur.

PASTA SEMINUM THEOBROMATUM CUM CETRARIA.

Pasta Theobromatum cum Cetraria.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Pasta Cacao cum Lichene islandico.*)

Rp. Pastæ Theobromatum simplicis partes octo . . . 8.

In ferreo vase trituratione emollitis addatur

Cetrariæ pulveratæ pars una . . . . 1.

Continuata trituratione idonee commixta in ferreas cistulas stannatas effundantur.

PASTA SEMINUM THEOBROMATUM CUM SPHÆROCOCCO.

Pasta Theobromatum cum Sphærococco.

(*Ph. Dan. 50. Pasta Cacao cum Lichene Carragheno.*)

Eodem modo, ac Pasta Theobromatum cum Cetraria paretur.

PASTA SEMINUM THEOBROMATUM SIMPLEX.

Pasta Theobromatum simplex.

(*Ph. Hbg. 52. Pasta Cacao.*)

Semina Theobromatum, leviter tosta & decorticata, in ferreo vase modice calefacto conterantur, donec mollioris Unguenti spissitudinem acceperit & digitis prehensa non granosa percipiatur massa, qvæ deinde in ferreas cistulas stannatas effundatur.

PERSULPHURETUM KALICUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Kali sulphuratum. Ph. Sv. 45. Persulphuretum kalicum. Ph. Bor. 46. Kali sulphuratum.*)

Rp. Sulphuris sublimati partem unam . . . . 1.

Carbonatis kalici crudi partes duas . . . . 2.

Seorsum antea perfecte exsiccata & in crucibulo amplo tecto commixta leni igni exponantur, donec, peracto fervore, in homogeneam massam coierint, qvæ in ferream laminam vel ferreum mortarium effundatur. Frigefacta massa crasse pulverata vitreo vasi bene claudendo statim immittatur.

PETALA ROSÆ CENTIFOLIÆ.

Petala Rosæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Rosa incarnata; aliarum Flores Rosarum incarnatarum.*)

Rosa centifolia. L. Icosandria. Polygynia. L. Rosaceæ. Endl. & aliorum. — Frutex Asiæ temperatæ indigenus, in Europa freqvens, in Norvegia hortensis.

Petala colligantur, anteqvam plane evoluta sint, evitatis staminibus, germinibus, calycibusqve, & vel siccata, vel sale condita conserventur.

PETROLEUM ALBUM.

(*Pharmacopoearum Petroleum s. Oleum petræ.*)

PHOSPHAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.

Phosphas natricus.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Natrum phosphoricum. Ph. Sv. 45. Phosphas natricus.*)

$2NaO, cPO_5, 25HO.$

$2NaO =$	779,46 ɔ:	17,39
$cPO_5 =$	892,04 ɔ:	19,89
$25HO =$	2812,50 ɔ:	62,72
	4484,00 ɔ:	100,00

Partes centum (100) qvadringentis (400) aqvæ partibus solvuntur.

*PHOSPHORUS.

(*Pharmacopoearum Phosphorus.*)

P.

P = 392,04.

Dosis media grani decima—qvinta ($^1/_{10}$—$^1/_5$) pars; periculosa granum dimidium ($^1/_2$).

PINGVOLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

Pingvoleum Amygdalarum.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Bor. 46. Oleum Amygdalarum. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Ol. Amygdalarum expressum.*)

Amygdalæ dulces, non rancidæ, decorticatæ, in crassum pulverem redactæ saccoqve cannabino bene loto inclusæ, prelo aqvæ balneo tepefacto exprimantur. Placenta crasse pulverata, repetatur operatio. Olea utraqve expressione obtenta commixta in vitro bene claudendo loco calido seponantur, donec impuritates depositæ sint. Limpido oleo defuso, sedimentum filtro immittatur.

PINGVOLEUM FRUCTUUM ELAIDIS GUINEENSIS.

Pingvoleum Elaidis.

(*Ph. Sv. 45. Oleum Palmæ.*)

Elais guineensis. Jacq. Monoecia. Hexandria. L. Palmæ. Endl. & aliorum. — Arbor Africæ occidentalis, inprimis Guineæ indigena.

PINGVOLEUM FRUCTUUM LAURI.

Pingvoleum Lauri.

(*Pharmacopoearum Oleum Lauri s. Ol. laurinum.*)

Laurus nobilis. L. Vide Folia.

PINGVOLEUM FRUCTUUM OLEÆ EUROPÆÆ.

Pingvoleum Oleæ.

Olea europæa. L. Diandria. Monogynia. L. Jasmineæ. Juss. Oleaceæ. Endl. — Arbor ex Oriente oriunda, in omnibus terris mare mediterraneum circumjacentibus freqvens & culta.

a. Pingvoleum Oleæ optimum.

(*Pharmacopoearum Oleum olivarum provinciale, florentinum s. luccanum.*)

b. Pingvoleum Oleæ commune.

(*Pharmacopoearum Oleum olivarum commune.*)

Commune dispensetur, nisi optimum expresse præscriptum sit.

PINGVOLEUM JECORIS GADORUM.

Pingvoleum Gadorum.

(*Pharmacopoearum Oleum jecoris Aselli.*)

Gadus Morrhua. L. G. Callarias. L. G. carbonarius. Bl. Aliæqve Gadi species. Pisces. Malacopterygii. Cuv. — In mari septentrionali freqventissimi.

a. Pingvoleum jecoris Gadorum flavum.

Pingvoleum Gadorum flavum.

(*Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Oleum jecoris Aselli flavum s. album.*)

E piscis hepate recente vel nonnihil putrescente sponte effluens.

b. Pingvoleum jecoris Gadorum fuscum.

Pingvoleum Gadorum fuscum.

(Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Oleum jecoris Aselli fuscum.)

E putrido piscis hepate coqvendo & assando paratum.

Flavum dispensetur, nisi fuscum expresse præscriptum sit.

PINGVOLEUM SEMINUM BRASSICARUM.

Pingvoleum Brassicarum.

(*Ph. Dan. 05. Oleum Raphani. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Ol. Raparum.*)

Brassica Rapa. L. B. Napus. L. Tetradynamia. Siliqvosa. L. Cruciferæ. Endl. & aliorum. — Plantæ annuæ fere ubiqve in Europa cultæ.

* PINGVOLEUM SEMINUM CROTONUM.

Pingvoleum Crotonum.

(*Pharmacopoearum Oleum Crotonis.*)

Croton Tiglium. L. (C. Jamalgota. Ham.) C. Pavana. Ham. Monoecia. Monadelphia. L. Euphorbiaceæ. Endl. & aliorum. — Frutices Indiæ orientalis, inprimis Malabariæ, insularum Moluccaram, Ceylon & Java.

Dosis media gutta una (1); periculosa guttæ duæ (2).

PINGVOLEUM SEMINUM LINI.

Pingvoleum Lini.

(Pharmacopoearum Oleum Lini.)

Linum usitatissimum. L. Vide Semina.

PINGVOLEUM SEMINUM MYRISTICÆ.

Pingvoleum Myristicæ.

(*Ph. Dan. 05. Oleum nucis moschatæ expressum. Ph. Dan. 50. Ol. Nucistæ expressum. Ph. Sl. Hols. 31. Ol. nucum moschatarum ungvinosum. Ph. Sv. 45. Ol. nucis moschatæ. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Ol. Nucistæ.)*

Myristica moschata. Thunb. Vide Semina.

PINGVOLEUM SEMINUM RICINI.

Pingvoleum Ricini.

(*Pharmacopoearum Oleum Ricini.*)

Ricinus communis. L. Monoecia. Monadelphia. L. Euphorbiaceæ. Endl. & aliorum. — Planta fruticosa Indiæ utriusqve & Africæ meridionalis indigena, in Græcia aliisqve Europæ meridionalis terris culta.

PINGVOLEUM SEMINUM THEOBROMATUM.

Pingvoleum Theobromatum.

(*Pharmacopoearum Oleum s. Butyrum Cacao.*)

Theobroma Cacao, aliæqve species. Vide Semina.

E seminibus decorticatis expressum vel coctione cum aqva paratum.

PIX EPIDERMIDIS BETULÆ ALBÆ.

Pix Betulæ.

(*Ph. Dan. 05. Oleum betulinum, Ol. Rusci, Ol. Brusci.*)

Betula alba. L. Monoecia. Tetrandria. L. Betulineæ. Rich. Betulaceæ. Endl. — Arbor in Norvegia freqvens.

Sicca per descensum destillatione paretur.

PIX LIGNI PINORUM LIQVIDA.

Pix Pinorum liqvida.

(*Pharmacopoearum Pix liqvida.*)

Pinus sylvestris. L. P. Abies. L. Aliæqve species. Vide Balsamum Pinorum.

Sicca per descensum destillatione e ligno paretur.

PIX LIGNI PINORUM SOLIDA.

Pix Pinorum solida.

(*Pharmacopoearum Pix solida, P. navalis, P. nigra.*)

Pinus sylvestris. L. P. Abies. L. Aliæqve species. Vide Balsamum Pinorum.

Picis Pinorum liqvidæ evaporatione parata.

*PULPA FRUCTUUM CUCUMERIS COLOCYNTHIDIS.

Pulpa Colocynthidis.

(*Ph. Sv. 45. Pulpa Colocynthidis. Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Colocynthis. Ph. Hbg. 52. Colocynthidis Fructus.*)

Cucumis Colocynthis. L. (Citrullus Colocynthis. Schrad.) Monoecia. Syngenesia. L. Cucurbitaceæ. Juss. & Endl. — Planta annua inprimis Asiæ minoris, Syriæ, Africæ, Græciæ Archipelagiqve indigena, in Europa meridionali culta.

Fructus, cortice exteriori & seminibus detractis.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana qvinqve (5).

PULPA FRUCTUUM TAMARINDI.

Pulpa Tamarindi.

(*Ph. Sv. 45. Pulpa Tamarindorum depurata; cæterarum Pulpa Tamarindorum.*)

Fructibus Tamarindi Aqvæ fervidæ tanta affundatur qvantitas, qvæ, per aliqvod tempus seposita & sæpius agitata, ad massam æqvabilem mollem formandam reqviratur. Aqvæ spatulæqve ligneæ ope per cribrum setaceum trajecta in porcellaneo vel lapideo vase ad tenuis pultis spissitudinem evaporetur.

Hujus massæ partibus tribus 3
admisceatur
Sacchari pars una . . . . 1.

Mixtio in Pulpæ spissitudinem evaporetur.

PULVIS AD FUMIGATIONES CHLORI.

(*Ph. Dan. 50. Pulvis ad fumigationes muriaticas.*)

Rp. Superoxydi manganici nativi,
Chloreti natrici venalis siccati, pulveratorum, singulorum partes æqvales.

Bene misceantur.

PULVIS AËROPHORUS.

(*Ph. Dan. 50. Pulvis aërophorus. Ph. Hbg. 52. Pulvis aërophorus anglicus.*)

Rp. a. Bicarbonatis natrici pulverati grana viginti . 20.
In charta colorata dispensentur.
b. Acidi tartarici pulverati grana octodecim . . 18.
In charta alba dispensentur.
Seorsum signentur.

*PULVIS CEPHAËLIDIS OPIATUS.

(*Ph. 05 & 50. Pulvis Ipecacuanhæ compositus. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Pulv. Ipecacuanhæ opiatus. Ph. Sv. 45. Pulv. Ipecacuanhæ thebaicus.*)

Rp. Radicis Cephaëlidis,
Opii, singulorum partem unam . . . . 1.
Sulphatis kalici partes octo . . . . 8.
Seorsum pulverata misceantur.
Centum (100) partes decem (10) Opii partes continent.

PULVIS DENTIFRICIUS NIGER.

Rp. Corticis Cinchonæ regii,
Carbonis Ligni, pulveratorum, singulorum partes æqvales.
Misceantur.

PULVIS DENTIFRICIUS RUBER.

(*Ph. Dan. 05. Pulvis dentifricius. Ph. Sl. Hols. 31. Pulv. dentifricius ruber.*)

Rp. Tartratis hydrico-kalici,
Radicis Iridis, singulorum partes duodecim . . . 12.
Gummi-resinæ Balsamodendri,
Resinæ Calami, pulveratarum, singularum partes sex 6.
Ætherolei Caryophylli partem unam . . . . 1.
Misceantur.

PULVIS DIGESTIVUS.

(*Ph. Dan. 50. Pulvis digestivus.*)

Rp. Tartratis hydrico-kalici partes qvatuor . . . . . . 4.
Nitratis kalici partes duas . . . . 2.
Radicis Rheorum partem unam . . . . 1.
Pulverata misceantur.

PULVIS ECCOPROTICUS.

Rp. Tartratis hydrico-kalici partes duas . . . . 2.
Radicis Rheorum partem unam . . . . 1.
Pulverata misceantur.

PULVIS ECCOPROTICO—TONICUS.

Rp. Corticis Cinchonæ regii partes duas . . . . 2.
Radicis Rheorum partem unam . . . . 1.
Pulverata misceantur.

PULVIS GALACTOPOEUS.

(*Ph. Sv. 45. Pulvis Magnesiæ compositus. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Pulvis Foeniculi compositus.*).

Rp. Hydrato-carbonatis magnesici,
Fructuum Foeniculi,
Sacchari, pulveratorum, singulorum partes æqvales.
Misceantur.

PULVIS MAGNESIÆ COMPOSITUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Pulvis Magnesiæ compositus. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Pulv. Magnesiæ cum Rheo. Ph. Sv. 45. Pulv. Rhei cum Magnesia.*)

Rp. Hydrato-carbonatis magnesici,
Elæosacchari Foeniculi,
Radicis Rheorum, pulveratorum, singulorum partes æqvales.
Misceantur.

PULVIS PECTORALIS RESOLVENS.

Rp. Radicis Iridis,

Radicis Ari,
Sulphuris sublimati, pulveratorum, singulorum partes æqvales.
Misceantur.

PULVIS REFRIGERANS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Pulvis refrigerans.*)

Rp. Tartratis hydrico-kalici partes sex . . . . 6.
Nitratis kalici,
Elæosacchari Citri, singulorum partem unam . . . 1.
Pulverata misceantur.

PULVIS STYPTICUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Pulvis stypticus.*)

Rp. Sulphatis aluminico-kalici,
Colophonii,
Gummi Acaciarum, pulveratorum, singulorum partes æqvales.
Misceantur.

*PULVIS SULPHURETI STIBICI CUM OXYDO STIBICO.

Pulvis stibicus.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sulphur stibiatum rubrum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Sulphur stibiatum rubrum. Ph. Sv. 45. Kermes mineralis.*)

Rp. Sulphureti stibici partes qvatuor . . . . 4.
Oxydi stibici partem unam . . . . 1.
Pulverata bene misceantur.

PULVIS TEMPERANS CAMPHORATUS.

(*Ph. Dan. 05. Pulvis temperans camphoratus.*)

Rp. Pulveris refrigerantis partes octodecim . . . . . . 18.
— Camphoræ partem unam . . . . 1.
Misceantur.

PULVIS VERMIFUGUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Pulvis vermifugus.*)

Rp. Florum Tanaceti,
— Artemisiæ, singulorum partes tres . . . . 3.
Sulphatis ferrosi partem unam . . . . 1.
Pulverata misceantur.

RADIX ACORI CALAMI.

Radix Acori.

(*Pharmacopoearum Radix Calami s. Calami aromatici.*)

Acorus Calamus. L. Hexandria. Monogynia. L. Aroideæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis palustris Europæ australis & borealis.

Vere aut sero autumno colligenda.

RADIX ALKANNÆ TINCTORIÆ.

Radix Alkannæ.

(*Ph. Dan. 05. Alkanna rubra s. spuria; aliarum Radix Alcannæ v. Alkannæ.*)

Alkanna tinctoria. Tausch. (Anchusa tinctoria. L.) Pentandria. Monogynia. L. Boragineæ. Juss. Asperifoliæ. Endl. — Planta perennis Europæ australis & Asiæ minoris.

RADIX ALPINIÆ GALANGÆ.

Radix Alpiniæ.

(*Ph. Dan. 05. Galanga minor. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Radix Galangæ minoris. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Rad. Galangæ.*)

Alpinia Galanga. Sw. (Maranta Galanga. L.) Monandria. Monogynia. L. Scitamineæ. Endl. — Planta perennis insularum Oceani indici, inprimis Philippinarum.

RADIX ALTHÆÆ OFFICINALIS.

Radix Althææ.

(*Pharmacopoearum Radix Althææ.*)

Althæa officinalis. L. Monadelphia. Polyandria. L. Malvaceæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis toti fere Europæ, inprimis mediæ & meridionali communis, in nonnullis locis culta.

Radix decorticata.

RADIX ANACYCLI OFFICINARUM.

Radix Anacycli.

(*Pharmacopoearum Radix Pyrethri.*)

Anacyclus officinarum. Hayne. (Anthemis Pyrethrum. Willd.) Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. — Planta annua incertæ originis, in Germania culta.

RADIX ARCHANGELICÆ OFFICINALIS.

Radix Archangelicæ.

(*Pharmacopoearum Radix Angelicæ.*)

Archangelica officinalis. Hoffm. (Angelica Archangelica. L. A. sativa. Mill.) Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Juss. & Endl. — Planta biennis & perennis in Alpibus Norvegiæ reliqvæqve Europæ borealis freqvens, etiam in hortis culta.

Secundi anni vere colligenda.

RADIX ARI MACULATI.

Radix Ari.

(*Pharmacopoearum Radix Ari.*)

Arum maculatum. L. Monoecia. Monandria. L. Aroideæ. Juss. & Endl. — Planta perennis in Dania & Europa media freqvens.

RADIX ARISTOLOCHIÆ SERPENTARIÆ.

Radix Aristolochiæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Serpentaria virginiana; aliarum Radix Serpentariæ s. Serpentariæ virginianæ.*)

Aristolochia Serpentaria. L. Gynandria. Hexandria. L. Asarinæ. Kunth. Aristolochieæ. Endl. — Planta perennis Americæ mediæ, inprimis Virginiæ & Carolinæ.

RADIX ARMORACIÆ SATIVÆ.

Radix Armoraciæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Armoracia. Ph. Sl. Hols. 31. Radix Armoraciæ s. Raphani rusticani.*)

Armoracia sativa. Hell. (A. rusticana. Fl. Wett. Cochlearia Armoracia. L. Nasturtium Armoracia. Fries.) Tetradynamia. Siliculosa. L. Cruciferæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis europæa, in hortis culta.

Recens adhibeatur.

* RADIX ATROPÆ.

(*Pharmacopoearum Radix Belladonnæ.*)

Atropa Belladonna. L. Vide Folia.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); periculosa grana tria (3).

RADIX CARICIS ARENARIÆ.

Radix Caricis.

(*Pharmacopoearum Radix Caricis arenariæ.*)

Carex arenaria. L. Monoecia. Triandria. L. Cyperaceæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis in locis arenosis ad litora maris, in Norvegia australi passim occurrens.

Primo vere colligenda.

RADIX CEPHAËLIDIS IPECACUANHÆ.

Radix Cephaëlidis.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Ipecacuanha; aliarum Radix Ipecacuanhæ.*)

Cephaëlis Ipecacuanha. Willd. (Psychotria emetica. L. Ronabea emetica. Rich.) Pentandria. Monogynia. L. Rubiaceæ. Endl. *&* aliorum. — Planta perennis Americæ meridionalis, inprimis in Brasilia & ad litora fluminis Magdalenæ freqvens.

RADIX COCCULI PALMATI.

Radix Cocculi.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Colombo; aliarum Radix Colombo s. Columbo.*)

Cocculus palmatus. DeC. (Menispermum palmatum. L. & Lam.) Dioecia. Hexandria. L. Menispermeæ. Juss. Menispermaceæ. Endl. — Planta perennis in Africa orientali, australi, inprimis Mozambiqve freqvens.

RADIX CURCUMÆ LONGÆ.

Radix Curcumæ.

(*Ph. Dan. 05. Curcuma; aliarum Radix Curcumæ.*)

Curcuma longa. L. Monandria. Monogynia. L. Scitamineæ. Brown. Zingiberaceæ. Endl. — Planta perennis Indiæ orientalis indigena, in China & Cochinchina culta.

RADIX CURCUMÆ ZERUMBET.

Radix Zerumbet.

(*Pharmacopoearum Radix Zedoariæ.*)

Curcuma Zerumbet. Roxb. (C. Zedoaria. Rosc. Amomum Zedoaria. L.) Monandria. Monogynia. L. Scitamineæ. Brown. Zingiberaceæ. Endl. — Planta perennis Indiæ orientalis; in Malacca, Bengalen, Java, China indigena.

RADIX CYNOGLOSSI OFFICINALIS.

Radix Cynoglossi.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Radix Cynoglossi.*)

Cynoglossum officinale. L. Pentandria. Monogynia. L. Boragineæ. Juss. Asperifoliæ. Endl. — Planta biennis Norvegiæ indigena.

RADIX GEI URBANI.

Radix Gei.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Caryophyllata; aliarum Radix Caryophyllatæ.*)

Geum urbanum. *L.* (Caryophyllata officinalis. Moench.) Icosandria. Polygynia. L. Rosaceæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis Norvegiæ.

Primo vere locis siccis qvotannis colligenda.

RADIX GENTIANÆ PURPUREÆ.

Radix Gentianæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Gentiana rubra; aliarum Radix Gentianæ.*)

Gentiana purpurea. L. Pentandria. Digynia. L. Gentianeæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis alpina in Norvegia freqvens.

Colligenda vere, anteqvam floruerit, planta.

RADIX GLYCYRRHIZARUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Glycyrrhiza s. Liqviritia; aliarum Radix Glycyrrhizæ s. Liqviritiæ.*)

Glycyrrhiza glabra. L. (Liqviritia officinalis. Moench.) G. echinata. L. Diadelphia. Decandria. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. — Suffrutices Europæ meridionalis, ille inprimis Hispaniæ & Siciliæ, hic Italiæ & Russiæ.

RADIX INULÆ HELENII.

Radix Inulæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Enula s. Helenium; aliarum Radix Inulæ, Enulæ s. Helenii.*)

Inula Helenium. L. Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis inprimis Europæ mediæ & meridionalis & Asiæ mediæ, etiam Norvegiæ.

RADIX IPOMÆARUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Jalapa; aliarum Radix Jalapæ.*)

Ipomæa Purga. Wender. (Convolvulus officinalis. Pell.) I. Jalapa. Desf. (C. Jalapa. L.) Pentandria. Monogynia. L. Convolvulaceæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis Americæ meridionalis, inprimis regni Mexicani.

RADIX IRIDIS FLORENTINÆ.

Radix Iridis.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Iris florentina; aliarum Radix Iridis florentinæ.*)

Iris florentina. L. Triandria. Monogynia. L. Irideæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis Europæ meridionalis, inprimis in Florentino tractu culta.

RADIX KRAMERIÆ TRIANDRÆ.

Radix Krameriæ.

(*Pharmacopoearum Radix Ratanhiæ s. Ratanhæ.*)

Krameria triandra. Ruiz & Pavon. Tetrandria. Monogynia. L. Krameriaceæ. Kunth. Polygaleæ. Endl. — Suffrutex Americæ meridionalis.

RADIX LAPPARUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Bardana; aliarum Radix Bardanæ.*)

Lappa major. Gaertn. (Arctium Lappa. α. L.) L. minor. DeC. (A. Lappa. Var. L.) L. tomentosa. All. & Lam. (A. Lappa. β. L. A. Bardana. Willd.) Syngenesia. Polygamia æqvalis. L. Compositæ. Endl. & aliorum. — Planta biennis totius Europæ & borealis Americæ.

Secundi anni vere colligenda.

RADIX ORCHIDUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Saleb vel Salab; aliarum Radix Salep.*)

Orchis mascula. L. O. Morio. L. Aliæqve species. Gynandria. Monandria. L. Orchideæ. Endl. & aliorum. — Plantæ pratenses Asiæ & Europæ, etiam Norvegiæ.

Versus æstatis finem colligendæ, radicibus anni prioris flaccidis rejectis & cuticula detracta, tunc aqva frigida lavandæ citoqve in furno siccandæ.

RADIX PIMPINELLÆ SAXIFRAGÆ.

Radix Pimpinellæ.

(*Ph. Dan. 05. Pimpinella alba. Ph. Sv. 45. Pimpinella. Aliarum Radix Pimpinellæ albæ s. Pimpinellæ.*)

Pimpinella saxifraga. L. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis in pascuis siccis totius Europæ freqvens.

Vere colligenda.

RADIX POLYGALÆ SENEGÆ.

Radix Polygalæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Senega; aliarum Radix Senegæ.*)

Polygala Senega. L. Diadelphia. Octandria. L. Polygaleæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis Americæ temperatæ & septentrionalis.

RADIX POTENTILLÆ TORMENTILLÆ.

Radix Potentillæ.

(*Ph. Sv. 45. Tormentilla. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Radix Tormentillæ.*)

Potentilla Tormentilla. Sibth. (Tormentilla erecta. L. T. officinalis. Sm.) — Icosandria. Polygynia. L. Rosaceæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis in Norvegia freqvens.

Vere colligenda.

RADIX RHEORUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Rheum vel Rhabarbarum; aliarum Radix Rhei vel Rhabarbari.*)

Rheum palmatum. L. R. undulatum. L. Aliæqve forsan species. Enneandria. Trigynia. L. Polygoneæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis alpina Asiæ mediæ, inprimis ad montem Himalaya freqvens.

Optima dispensetur, nisi vilior species præscripta sit.

RADIX SASSAFRAS OFFICINALIS.

Radix Sassafras.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Sassafras; aliarum Lignum Sassafras.*)

Sassafras officinale. N. v. E. (Laurus Sassafras. L. Persea Sassafras. Spr.) Enneandria. Monogynia. L. Laurineæ. Endl. & aliorum. — Arbor Americæ mediæ.

RADIX SMILACIS CHINÆ.

Radix Chinæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. China vel China ponderosa; aliarum Radix Chinæ.*)

Smilax China. L. Dioecia. Hexandria. Smilaceæ. Endl. & aliorum. — Frutex Chinæ & Japan indigenus.

RADIX SMILACUM.

Radix Sarsaparillæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Sarsa vel Sarsaparilla; aliarum Radix Sarsaparillæ.*)

Smilax Sarsaparilla. L. S. officinalis. Humb., Bonpl. & Kunth. S. syphilitica. Humb. & Bonpl. Dioecia. Hexandria. L. Smilaceæ. Endl. & aliorum. — Suffrutices Americæ mediæ & meridionalis.

Sarsaparilla hondurasensis & jamaicensis s. rubra dispensentur, nisi aliæ species præscriptæ sint.

RADIX TARAXACI OFFICINALIS.

Radix Taraxaci.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Taraxacum; aliarum Radix Taraxaci.*)

Taraxacum officinale. Moench. (Leontodon Taraxacum. L.) Syngenesia. Polygamia æqvalis. L. Compositæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis Norvegiæ.

RADIX VALERIANÆ OFFICINALIS.

Radix Valerianæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Valeriana minor s. sylvestris; aliarum Radix Valerianæ minoris s. sylvestris.*)

Valeriana officinalis. L. Triandria. Monogynia. L. Valerianeæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis europæa in montibus, sylvis & pratis humidis freqvens.

Locis siccis montuosis colligenda vere, anteqvam caules provenerint.

* RADIX VERATRI ALBI.

Radix Veratri.

(*Ph. Sv. 45. Helleborus albus; aliarum Radix Hellebori albi.*)

Veratrum album. L. Hexandria. Trigynia. L. Melanthaceæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis montana Europæ, etiam Norvegiæ septentrionalis, Finmarkiæ orientalis.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana qvinqve (5).

RADIX ZINGIBERIS OFFICINALIS.

Radix Zingiberis.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Zingiber; aliarum Radix Zingiberis v. Zingiberis albi.*

Zingiber officinale. Rosc. (Amomum Zingiber. L.) Monandria. Monogynia. L. Scitamineæ. Brown. Zingiberaceæ. Endl. — Planta perennis Indiæ orientalis indigena, in India occidentali culta.

RAMULI JUNIPERI SABINÆ.

Ramuli Sabinæ.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Folia Sabinæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Herba Sabinæ. Ph. Sv. 45. Ramuli Sabinæ.*)

Juniperus Sabina. L. Dioecia. Monadelphia. Coniferæ. Juss. Cupressineæ. Endl. — Frutex Orientis & Europæ meridionalis indigenus, apud nos interdum hortensis.

Ramuli juniores virides.

RESINA BENZOIN OFFICINALIS.

Resina Benzoin.

(*Pharmacopoearum Benzoe*, *Gummi Benzoes s. Asa dulcis.*)

Benzoin officinale. Hayne. (Styrax Benzoin. Dryand.) Decandria. Monogynia. L. Styraceæ. Endl. & aliorum. — Arbor Indiæ orientalis, præsertim Sumatræ & Javæ.

RESINA CALAMI DRACONIS.

Resina Calami.

(*Pharmacopoearum Sanguis Draconis.*)

Calamus Draco. Willd. Hexandria. Monogynia. L. Palmæ Endl. & aliorum. — Arbor Indiæ orientalis.

* RESINA EUPHORBIARUM.

(*Pharmacopoearum Euphorbium.*)

Euphorbia officinarum. L. E. canariensis. L. E. antiqvorum. L. Dodecandria. Trigynia. L. Euphorbiaceæ. Endl. & aliorum. — Suffrutices, prima species Africæ mediæ & meridionalis, altera insularum Canariensium, tertia Ægypti, Arabiæ & Indiæ orientalis indigena.

RESINA GUAJACI.

(*Pharmacopoearum Resina Guajaci v. Resina Guajaci nativa.*)

Guajacum officinale. L. Vide Lignum.

RESINA PINORUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Resina communis. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Resina alba s. flava s. Pini. Ph. Bor. 46. Resina Pini burgundica.*)

Pinus sylvestris. L. P. Abies. L. Aliæqve species. Vide Balsamum.

Resina ex arborum trunco vel inciso vel sponte efluens, aëre indurata, liqvatione & colatura sordibus privata.

RESINA PISTACIÆ LENTISCI.

Resina Pistaciæ.

(*Pharmacopoearum Mastix vel Mastiche.*)

Pistacia Lentiscus. L. Dioecia. Pentandria. L. Terebinthaceæ. Kunth. Anacardiaceæ. Endl. — Arbor vel frutex in terris mare mediterraneum circumjacentibus freqvens.

* RESINA RADICIS IPOMÆARUM.

Resina Ipomæarum.

(*Pharmacopoearum Resina Jalapæ.*)

Rp. Radicis Ipomæarum minutim contusæ partem unam 1.
Alcohol rectificati partes tres . . . . 3.

Apparatui, qvi ad parandas Essentias præscriptus est, immissa & aqvæ balneo per dimidiam horam cocta colentur & exprimantur. Residuo æqva Alcohol qvantitas affundatur et ceteræ etiam operationes iterentur. Liqvores commixti seponantur, ut impuritates subsidant. Limpido defuso, residuum in filtrum transferatur. Liqvores collecti destillationi subjiciantur, donec tertia pars remanserit; qvæ calida aqva abluatur, qvamdiu hæc colorata defluat. Resina dein aqvæ balneo siccetur.

Dosis media grana duo—tria (2—3); periculosa grana octo (8).

RESINA STYRACIS OFFICINALIS.

Resina Styracis.

(*Pharmacopoearum Storax s. Styrax calamitus.*)

Styrax officinalis. L. Dodecandria. Monogynia. L. Styraceæ. Endl. & aliorum. Arbor Arabiæ, Syriæ, insularum Archipelagi & Græciæ.

ROB ANTISYPHILITICUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Rob antisyphiliticum. Ph. Hbg. 52. Syrupus Sarsaparillæ compositus.*)

Rp. Radicis Sarsaparillæ concisæ partes sedecim . . 16.
Ligni Guajaci rasi partes qvatuor . . . . 4.

Decoqvantur ter cum

Aqvæ sufficiente qvantitate,

atqve versus tertiæ coctionis finem addatur

Foliorum Cassiarum concisorum pars una . . . . 1.

Liqvores colati & commixti evaporentur, donec remanserint partes viginti . . . . 20.

Addantur

Mellis,

Sacchari, singulorum partes duodecim . . . . . . 12.

Tum ad spissitudinem Rob eo usqve evaporentur, ut pondus sit unciarum circiter septuaginta . . . . 70.

SACCHARUM LACTIS.

(*Pharmacopoearum Saccharum Lactis.*)

Bos Taurus. L. Foemina. Vide Butyrum.

$C_{12}\,H_{10}\,O_{10}, 2HO.$

$$
\begin{array}{lrr}
C_{12} = & 900,00 & \\
H_{10} = & 125,00 & \\
O_{10} = & \underline{1000,00} & \\
 & 2025,00 ɔ: & 90,00 \\
2HO = & 225,00 ɔ: & \underline{10,00} \\
 & 2250,00 ɔ: & 100,00
\end{array}
$$

Partes centum (100) septingentis (70) aqvæ partibus solvuntur.

SACCHARUM SACCHARORUM & BETÆ.

Saccharum.

(*Pharmacopoearum Saccharum album s. albissimum s. canariense.*)

$C_{12}, H_{11}\,O_{11}.$

$$
\begin{array}{lr}
C_{12} = & 900,00 \\
H_{11} = & 137,50 \\
O_{11} = & \underline{1100,00} \\
 & 2137,50
\end{array}
$$

Saccharum officinarum. L. S. fasciolatum. Tuss. S. violaceum. Tuss. S. sinense, Roxb. Triandria. Digynia. L. Gramineæ. Endl. & aliorum. Plantæ in India occidentali Java & China sponte nascentes & inter Tropicos cultæ.

Beta vulgaris. L. Var. Saccharina. Endl. — Pentandria. Digynia. L. Chenopodeæ. Endl. & aliorum. Planta biennis in Europa & America septentrionali culta.

SAPO ALICANTINUS.

(*Pharmacopoearum Sapo alicantinus s. hispanicus s. hispanicus albus.*)

SAPO SEBI NATRICI.

Sapo Sebi.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Sapo domesticus.*)

SAPO VIRIDIS.

(*Ph. Sv. 45. Sapo mollis niger s. viridis. Ph. Hbg. 52. Sapo domesticus mollis s. viridis.*)

SEBUM.

(*Pharmacopoearum Sebum s. Sevum bovinum, hircinum, ovillum.*)

Bos Taurus. L. Capra Hircus. L. Ovis Aries. L. Mammalia. Ruminantia. L.

Pingvedo horum animalium abdominalis, inprimis omenti & capsularum renalium, nec non lumborum minutim concisa, aqva elota, liqvata & dein colata.

SEMINA AMYGDALI COMMUNIS AMARÆ.

Amygdalæ amaræ.

(*Pharmacopoearum Amygdalæ amaræ.*)

Amygdalus communis. L. Var. β. Amara. DeC. Icosandria. Monogynia. L. Amygdaleæ. Endl. & aliorum. — Arbor Syriæ, Palæstinæ & Africæ borealis indigena, in Europa australi culta.

SEMINA AMYGDALI COMMUNIS DULCIS.

Amygdalæ dulces.

(*Pharmacopoearum Amygdalæ dulces.*)

Amygdalus communis. L. Var. α. Dulcis. DeC. Arbor earundem terrarum, ac Varietas amara.

SEMINA BRASSICÆ SINAPIOIDIS.

Semina Brassicæ.

(*Pharmacopoearum Sinapis nigra s. Semina Sinapeos nigræ s. Sem. Sinapis.*)

Brassica sinapioides. Roth. (B. nigra. Coch. Sinapis nigra. L.) Tetradynamia. Siliqvosa. L. Cruciferæ. Endl. & aliorum. — Planta annua Europæ mediæ & meridionalis.

SEMINA COLCHICI AUTUMNALIS.

Semina Colchici.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Semen s. Semina Colchici.*)

Colchicum autumnale. L. Vide Bulbos.

SEMINA CYDONIÆ VULGARIS.

Semina Cydoniæ.

(*Pharmacopoearum Semen s. Semina Cydoniorum.*)

Cydonia vulgaris. Pers. (Pyrus Cydonia. L.) Icosandria. Pentagynia. L. Pomaceæ. Endl. & aliorum. — Arbor ex Creta oriunda, Europæ meridionalis indigena, in Norvegia raro in hortis culta.

* SEMINA DATURÆ STRAMONII.

Semina Daturæ.

(*Pharmacopoearum Semen s. Semina Stramonii.*)

Datura Stramonium. L. Vide Folia.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); periculosa grana tria (3).

SEMINA ELETTARIÆ CARDAMOMI.

Semina Elettariæ.

(*Pharmacopoearum Cardamomum minus.*)

Elettaria Cardamomum. White. (Alpinia Cardamomum. Roxb. Amomum Cardamomum. DeC.) Monandria. Monogynia. L. Scitamineæ. Br. Zingiberaceæ. Endl. — Planta perennis Indiæ orientalis, inprimis Malabar.

SEMINA HYOSCYAMI NIGRI.

Semina Hyoscyami.

(*Pharmacopoearum Semen s. Semina Hyoscyami.*)

Hyoscyamus niger. L. Vide Folia.

Semina prorsus matura colligenda.

SEMINA LINI USITATISSIMI.

Semina Lini.

(*Pharmacopoearum Semen s. Semina Lini.*)

Linum usitatissimum. L. Pentandria. Pentagynia. L. Lineæ. DeC. & Endl. Planta annua Orientis & Europæ australis, in Norvegia freqventer culta.

Semina perfecte matura colligenda.

SEMINA LYCOPODIORUM.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Lycopodium. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Semina Lycopodii.*)

Lycopodium clavatum. L. L. annotinum. L. L. complanatum. L. Cryptogamia. Filices. L. Lycopodiaceæ. Endl. & aliorum. — Plantæ perennes in Norvegiæ sylvis freqventes.

Semina e spicarum in furno vel sole siccatarum capsulis excussa & per cribrum trajecta.

SEMINA MYRISTICÆ MOSCHATÆ.

Semina Myristicæ.

(*Pharmacopoearum Nux s. Nuces moschatæ.*)

Myristica moschata. Humb. (M. aromatica. Lam. M. officinalis. L. Fil.) Dioecia. Monadelphia. L. Myristiceæ. Endl. & aliorum. — Arbor insularum Moluccarum indigena, jam vero inprimis in Banda & Amboina, nec non aliis terræ plagis culta.

SEMINA PAPAVERIS SOMNIFERI ALBI.

Semina Papaveris.

(*Pharmacopoearum Semina Papaveris s. Papaveris albi.*)

Papaver somniferum. Var. α. Album. L. Vide Fructus Papaveris somniferi immaturos.

Semina colligenda, qvando concussis fructibus soluta audiantur.

SEMINA QVERCUUM.

(*Pharmacopoearum Glandes Qvercus.*)

Qvercus Robur. L. Q. pedunculata. Willd. (Q. sessiliflora. Sm.) Vide Corticem.

Fructus maturi delapsi, incorrupti, mense Octobri colligendi, absqve cupulis siccandi, a testa privandi.

*SEMINA SCHOENOCAULORUM.

(*Pharmacopoearum Sabadilla Semen s. Semina Sabadillæ.*)

Schoenocaulon officinale. A. Gr. (Sabadilla officinalis. Brandt.) Schoenocaulon caricifolium. A. Gr. (Veratrum caricifolium. Schlecht.) Aliæqve species. Hexandria. Trigynia. L. Colchicaceæ. DeC. Melanthaceæ. Endl. — Plantæ perennes Mexicanæ & Antillarum.

Semina sine capsulis adhibenda.

Dosis media grana tria (3); periculosa grana novem (9).

SEMINA SINAPIS ALBÆ.

Semina Sinapis.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Semina Sinapis albæ.*)

Sinapis alba. L. (Bonania officinalis. Presl. Leucosinapis officinalis. Nees.) Tetradynamia. Siliqvosa. Cruciferæ. Endl. & aliorum.

Planta annua europæa fera & culta.

* SEMINA STRYCHNI NUCIS VOMICÆ.

Semina Strychni.

(*Pharmacopoearum Nuces vomicæ.*)

Strychnos Nux Vomica. L. Pentandria. Monogynia. L. Strychneæ. DeC. Loganiaceæ. Endl. — Arbor Indiæ orientalis, inprimis Malabar & Ceylon.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); periculosa grana qvatuor (4).

SEMINA THEOBROMATUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Sl. Hols. 31. Cacao. Ph. Hbg. 52. Cacao Fructus.*)

Theobroma Cacao. L. (Cacao sativa. Lam.) Aliæqve species. Polyadelphia. Decandria. L. Buettneriaceæ. Endl. & aliorum. — Arbores Americæ tropicæ indigenæ, in Asia & Africa cultæ.

SERICUM ADHÆSIVUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Emplastrum adhæsivum anglicum. Ph. Sv. 45. Sericum adhæsivum.*)

Rp. Ichthyocollæ concisæ partem unam . . . . 1.
Aqvæ partes sex . . . . 6.

Per duodecim horas seposita leni calore continua agitatione calefiant, donec soluta sint. Misceantur dein cum

Alcohol rectificati partibus qvatuor 4

et per linteum pannum colentur. Hujus solutionis unciæ undecim alteri lateri serici, qvatuor pedes longi, duos lati et ultra regulam fortiter extensi, magno molliqve penicillo tenuibus et æqvabilibus ductibus illinantur. Iteretur lateris ejusdem illitus bis terve vel pluries, sed non priusqvam priores ductus exsiccati sint.

SERUM LACTIS ALUMINATUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Serum Lactis aluminatum. Ph. Dan. 50. Serum Lactis aluminosum.*)

Rp. Lactis vaccini recentis, omni cremore privati, partes trecentas 300.

In lebete cupreo stannato calefactis initio ebullitionis addatur

Sulphatis aluminico-kalici crystallisati pulverati pars una 1.

Agitetur liqvor, usqvedum coagulatio perfecta sit. Refrigeretur dein et coletur.

SESQVICARBONAS AMMONICUS.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Ammonium carbonicum. Ph. Dan. 05. Ammonium carbonicum depuratum. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Ammoniacum carbonicum.*)

$2NH_4O, 3CO_2$.

$2NH_4O$ =	650,12	ɔ:	44,07
$3CO_2$ =	825,00	ɔ:	55,93
	1475,12	ɔ:	100,00

Partes centum (100) ducentis (200) aqvæ partibus solvuntur.

SESQVICARBONAS AMMONICUS PYRO-OLEOSUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Ammonium carbonicum pyro-oleosum. Ph. Sv. 45. Sal cornus Cervi. Ph. Bor. 46. Ammonium carbonicum pyro-oleosum.*)

Rp. Sesqvicarbonatis ammonici pulverati partes qvadraginta novem 49.

Asidue terendo instilletur

Olei animalis rectificati pars una . . . . 1.

SOLUTIO ACETATIS AMMONICI.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Liqvor Ammonii acetici. Ph. Bor. 46. Liqvor Ammoniaci acetici. Ph. Sv. 45. Solutio Acetatis ammonici.*)

$NH_4O, \bar{A}c + 77HO$.

NH_4O =	325,06		
$\bar{A}c$ =	637,50		
	962,56	ɔ:	10,00
77HO =	8662,50	ɔ:	90,00
	9625,06	ɔ:	100,00

Rp. Sesqvicarbonatis ammonici partes sexaginta . . 60.

Solvantur in

Acidi acetici diluti tanta qvantitate,

qvanta saturationi opus sit. Addatur

Aqvæ tanta qvantitas,

qvanta reqviratur ad efficiendam Solutionem partium septingentarum octoginta trium 783.

SOLUTIO ACETATIS FERRICI.

(*Ph. Bor. 46. Dan. 50. Liqvor Ferri acetici.*)

$$Fe_2O_3, 3\bar{A}c + 233HO.$$

$$\begin{array}{rrcr} Fe_2O_3 = & 1000,20 & & \\ 3\bar{A}c = & 1912,50 & & \\ & 2912,70 & \text{ɔ:} & 10,00 \\ 233\,HO = & 26212,50 & \text{ɔ:} & 90,00 \\ & 29125,20 & \text{ɔ:} & 100,00 \end{array}$$

Rp. Hydratis ferrici partes sexaginta . . . . 60.
Solvantur in
Acidi acetici diluti partibus nongentis triginta septem 937.
Addatur
Aqvæ tanta qvantitas,
qvanta sufficiat ad obtinendam Solutionem partium mille qvadringentarum viginti sex 1426.

SOLUTIO ACETATIS FERROSI ÆTHEREA.

(Ph. 05 & 50. Hbg. 52. Tinctura Ferri acetici ætherea.)

Rp. Ferri limati partes sexaginta . . . . 60.
Acidi acetici concentrati
qvantum opus erit, ut fiat solutio, qvæ dein diluatur
Aqvæ tanta qvantitate,
qvanta sufficiat ad obtinendas partes mille sexcentas septuaginta octo 1678.
Affundantur
Acetatis æthylici partes septuaginta duæ . . . 72.
Alcohol rectificatissimi partes centum duodecim 112.
Centum (100) partes decem (10) circiter Acetatis ferrosi, qvatuor (4) Acetatis æthylici & sex (6) Alcohol rectificatissimi partes continent.

SOLUTIO ACETATIS KALICI.

(Ph. Sv. 45. Solutio Acetatis kalici; cæterarum Liqvor Kali acetici.)

$$KO, \bar{A}c + 98HO.$$

$$\begin{array}{rrcr} KO = & 588,86 & & \\ \bar{A}c = & 637,50 & & \\ & 1226,36 & \text{ɔ:} & 10,00 \\ 98HO = & 11025,00 & \text{ɔ:} & 90,00 \\ & 12251,36 & \text{ɔ:} & 100,00 \end{array}$$

Rp. Carbonatis kalici partes sexaginta . . . . 60.
Solvantur in
Acidi acetici diluti tanta qvantitate,
qvanta saturationi opus sit. Addatur
Aqvæ
qvantum reqviratur ad efficiendam Solutionem partium
octingentarum qvinqvaginta unius 851.

SOLUTIO ACETATIS SESQVIPLUMBICI CONCENTRATA.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Acetum saturninum. Ph. Sv. 45. Solutio Subacetatis plumbici. Ph. Bor. 46. Liqvor Plumbi hydrico-acetici. Ph. Hbg. 52. Acetum plumbicum.*)

$$3PbO, 2\bar{A}c + 194HO.$$

$3PbO$ =	4183,95		
$2\bar{A}c$ =	1275,00		
	5458,95	ɔ:	20,00
$194HO$ =	21825,00	ɔ:	80,00
	27283,95	ɔ:	100,00

Rp. Acetatis plumbici partes sexaginta . . . . 60.
Oxydi plumbici lævigati & nuper candefacti
partes octodecim 18.
Aqvæ partes ducentas septuaginta sex . . . . 276.
In vitro obturato crebra agitatione digerantur, donec pæne soluta sint.

SOLUTIO ACETATIS SESQVIPLUMBICI DILUTA.

(*Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Aqva plumbica.*)

$$3PbO, 2\bar{A}c + 4803HO.$$

$3PbO, 2\bar{A}c$ =	5458,95	ɔ:	1,00
$4803HO$ =	540337,50	ɔ:	99,00
	545796,45	ɔ:	100,00

Rp. Solutionis Acetatis sesqviplumbici concentratræ
partes sexaginta 60.
Aqvæ partes mille centum qvadraginta . . . 1140.
Misceantur.

SOLUTIO AMMONIACI.

(*Ph. Dan. 05. Liqvor Ammonii causticus. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Liqvor Ammonii caustici. Ph. Sv. 45. Ammonium causticum. Ph. Bor. 46. Liqvor Ammoniaci caustici. Ph. Hbg. 52. Liqvor Ammonii caustici aqvosus.*)

Ak + 17HO.

NH_3 = Ak =	212,56	ɔ:	10,00
17HO =	1912,50	ɔ:	90,00
	2125,06	ɔ:	100,00

Qvod e permixtis Chloreto ammonico vel Sulphate ammonico & Oxydo calcico destillationis apparatu elicitum & per Aqvam conductum purgatum est, Gas Ammoniaci idoneo apparatu a frigida Aqva absorbeatur. Solutio dein Aqva diluatur, donec Ammoniaci decem centesimas (0,10) contineat.

Pond. sp. 0,959. Partes centum (100) Acidi tartarici crystallisati partes qvadraginta qvatuor & centesimas undecim (44,11) saturant.

SOLUTIO AMMONIACI ALCOHOLICA.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Liqvor Ammonii vinosus. Ph. Bor. 46. Spiritus Ammoniaci caustici Dzondii.*)

Ak + 28Alc,HO.

10Ak =	2125,60	ɔ:	10,00
28Alc, HO =	19250,00	ɔ:	90,00
	21375,60	ɔ:	100,00

Ad eandem normam, ac Solutio Ammoniaci paretur, eo tamen discrimine, ut ad Ammoniaci Gas absorbendum Aqvæ loco Alcohol rectificatissimum adhibeatur eodemqve liqvore Solutio Ammoniaci ita diluatur, ut Ammoniaci decem centesimas (0,10) contineat.

* SOLUTIO ARSENIATIS AMMONICI.

$2NH_4O, AsO_5 + 1186HO$.

$2NH_4O$ =	650,12		
AsO_5 =	1438,80		
	2088,92	ɔ:	1,54
1186HO =	133425,00	ɔ:	98,46
	135513,92	ɔ:	100,00

Rp. Acidi arsenicosi partes sexaginta . . . . 60.

Capaciori porcellaneo vasi immissa coctione solvan-

tur in Acido hydrochlorico concentrato. Continuata coctione instilletur Acidum nitricum concentratum, qvamdiu rubri vapores evolvantur. Solutio ad siccum evaporetur, ita ut Acida & Aqva avolent. Remanens

Acidum arsenicicum in Aqva solvatur & Solutione Ammoniaci saturetur.

Obtentæ tunc

Solutioni Arseniatis ammoniaci immisceatur

Aqvæ

qvantum reqviratur ad efficienda partium sex millia 6000.

Centum (100) partes unam (1) Acidi arsenicosi partem æqvant.

Dosis media guttæ qvinqve—decem (5—10); periculosa guttæ viginti (20).

* SOLUTIO ARSENIATIS NATRICI.

$2NaO, AsO_5 + 1079HO.$

2NaO =	779,46		
AsO_5 =	1438,80		
	2218,26	ɔ:	1,79
1079HO =	121387,50	ɔ:	98,21
	123605,76	ɔ:	100,00

Ad eandem normam, ac Solutio Arseniatis ammonici, paretur, eo tamen discrimine, ut ad saturandum Acidum arsenicicum Carbonatis natrici Solutio adhibeatur.

Centum (100) partes Acidi arsenicosi unam (1) partem æqvant.

Dosis media guttæ qvinqve—decem (5—10); periculosa guttæ viginti (20).

* SOLUTIO ARSENIITIS KALICI.

$2KO, AsO_3 + 1080HO.$

2KO =	1177,72		
AsO_3 =	1238,80		
	2416,52	ɔ:	1,95
1080HO =	121500,00	ɔ:	98,05
	123916,52	ɔ:	100,00

Rp. Acidi arsenicosi partes sexaginta . . . . . . 60.
Carbonatis kalici partes octoginta qvatuor . . 84.

Commixta coqvantur cum

Aqvæ tanta copia,
qvanta reqviratur ad efficiendam Solutionem partium
sex millium 6000.

Centum (100) partes unam (1) Acidi arsenicosi partem continent.

Dosis media guttæ qvinqve—decem (5—10); periculosa guttæ viginti (20).

SOLUTIO BICARBONATIS KALICI.

$KO, 2CO_2 + 91HO$.

$KO, 2CO_2$ =	1138,86 ɔ:	10,00
$91HO$ =	10237,50 ɔ:	90,00
	11,376,36 ɔ:	100,00

Rp. Bicarbonatis kalici partes sexaginta . . . . . . 60.
Aqvæ partes qvadringentas octoginta sex . . 486.
Soluta filtrentur.

SOLUTIO CALCARIÆ CHLORATÆ CONCENTRATA.

(*Ph. Sv. 45. Solutio Hypochloritis calcici. Ph. Hbg. 52. Liqvor Calcariæ chloratæ.*)

Rp. Calcariæ chloratæ partem unam . . . . 1.
Mortario lapideo vel porcellaneo immissis pistillo assiduo triturans sensim affunde
Aqvæ partes novem . . . . 9.
A luce bene prohibeantur. Deinde filtratis adde
Aqvæ
qvantum sufficiat ad obtinendam Solutionem partium
decem 10.

SOLUTIO CALCARIÆ CHLORATÆ DILULA.

Rp. Solutionis Calcariæ chloratæ concentratæ partem unam 1.
Aqvæ partes novem . . . . 9.
Misceantur.

SOLUTIO CAMPHORÆ ALCOHOLICA.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Spiritus Vini camphoratus. Ph. Sv. 45. Solutio Camphoræ spirituosa. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Spiritus camphoratus.*)

Rp. Camphoræ concisæ partem unam . . . . 1.
Solvatur in
Alcohol rectificati partibus novem . . . . 9.

SOLUTIO CARBONATIS AMMONICI.

(*Ph. Dan. 05. Liqvor Ammonii carbonici aqvosus.*)

$$NH_4O, CO_2 + 48HO.$$

NH_4O	=	325,06	
CO_2	=	275,00	
		600,06 ɔ:	10,00
48HO	=	5400,00 ɔ:	90,00
		6000,06 ɔ:	100,00

Rp. Chloreti ammonici partes sexaginta . . . . . . 60.
Carbonatis natrici crystallisati partes centum sexaginta unam 561.
Aqvæ partes trecentas octoginta qvatuor . . . 384.
Retortæ immittantur. Excipulo, qvod frigidum servandum est, adaptato, ad siccum fiat destillatio. Destillatum efficiet partes qvingentas triginta novem . . 539.

Partes centum (100) Acidi tartarici crystallisati partes qvindecim & decimas sex (15,6) saturant.

SOLUTIO CARBONATIS KALICI.

(*Ph. Sv. 45. Solutio Carbonatis kalici; cæterarum Liqvor Kali carbonici.*)

$$KO, CO_2 + 69HO.$$

KO, CO_2	=	863,86 ɔ:	10,00
69HO	=	7762,50 ɔ:	90,00
		8626,36 ɔ:	100,00

Rp. Carbonatis kalici partes sexaginta . . . . 60.
Aqvæ partes qvingentas qvadraginta . . . . . 540.
Soluta filtrentur.

Partes centum (100) Acidi tartarici crystallisati partes decem & decimas novem (10,9) saturant.

SOLUTIO CHLORETI BARYCI.

(*Ph. Dan. 05. Solutio Barytæ muriaticæ. Ph. Sl. Hols. 31. Liqvor Barytæ muriaticæ.*)

$BaCl + 104HO.$

BaCl =	1300,05	ɔ:	10,00
104HO =	11700,00	ɔ:	90,00
	13000,05	ɔ:	100,00

Rp. Chloreti baryci partes sexaginta . . . . 60.
Aqvæ partes qvadringentas sexaginta . . . . . 460.
Solvantur.

SOLUTIO CHLORETI FERRICI.

(*Ph. Dan. 05. Liqvor stypticus Loffii. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Liqv. Ferri muriatici oxydati. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Liqv. Ferri sesqvichlorati.*)

$Fe_2Cl_3 + 162HO.$

Fe_2Cl_3 =	2030,04	ɔ:	10,00
162HO =	18225,00	ɔ:	90,00
	20255,04	ɔ:	100,00

Rp. Chloreti ferrici partes viginti . . . . 20.
Aqvæ partes centum . . , ... 100.
Soluta filtrentur.

* SOLUTIO CHLORETI STIBICI.

$SbCl_3 + HCl + HO.$

$SbCl_3$ =	79,79	ɔ:	88,67
HCl + HO =	10,21	ɔ:	11,33
	90,00	ɔ:	100,00

Sulphuretum stibicum nigrum pulveratum in Acido hydrochlorico solvatur. Solutio filtrata evaporetur, donec e

Sulphureti stibici partibus sexaginta 60
obtenta sit Solutio partium nonaginta . . . . 90.
Filtrentur.

Oxydi stibici, si eligatur, qvinqvaginta duas partes (52) ad parandam Solutionem partium nonaginta (90) adhibeantur.

* SOLUTIO CHLORETI ZINCICI CONCENTRATA.

$ZnCl + 2HO.$

ZnCl =	849,87	ɔ:	79,07
2HO =	225,00	ɔ:	20,93
	1074,87	ɔ:	100,00

Ponderatæ Zinci crasse pulverati portioni Acidum hydrochloricum affundatur. Peracta leni calore solutione attendendum est, ut Acidi tantum addatum sit, ut post perfectam ejusdem saturationem portiuncula Zinci non soluta maneat. Solutione defusa, Zinci aliorumqve, qvæ ei forsan immixta sint, metallorum residua abluantur & siccata ponderentur, ut Zinci soluti qvantitas constituatur. Diluta, qvæ residui ablutione obtenta est, solutio cum priore misceatur. Commixtæ solutiones evaporentur, donec e

Soluti Zinci partibus sexaginta 60
Solutionis obtineantur partes centum qvinqvaginta octo 158.

Filtrationes pulverato vitro perficiantur.

SOLUTIO CHLORETI ZINCICI DILUTA.

$ZnCl + 86HO$.

ZnCl =	849,87 ɔ:	10,00
86HO =	7650,00 ɔ:	90,00
	8499,87 ɔ:	100,00

Ad eandem normam, ac Solutio Chloreti zincici concentrata, paretur, eo tamen discrimine, qvod Solutio e sexaginta (60) Zinci partibus obtenta mille ducentas qvinqvaginta qvatuor (1254) partes efficit.

SOLUTIO CHLORI.

(*Ph. Dan. 05. Acidum muriaticum oxydatum. Ph. Sl. Hols. 31. Aqva oxymuriatica. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Aqva Chlori. Ph. Bor. 46. Liqvor Chlori. Ph. Dan. 50. Aqva chlorata.*)

$Cl + 1500HO$.

Cl =	443,28 ɔ:	0,26
1500HO =	168750,00 ɔ:	99,74
	169193,28 ɔ:	100,00

Chlorum, solito modo paratum, in parvam Aqvæ qvantitatem, Superoxydo manganico crasse pulverato mixtam, transire cogatur. Gas Chlori, Acido hydrochlorico ita mundatum, idoneo apparatu ab Aqva nuper cocta caloris gradus decimi qvinti ad saturationem absorbeatur.

SOLUTIO CITRATIS KALICI SACCHARATA.

(*Ph. Sv. 45. Solutio Citratis kalici. Ph. Hbg. 52. Liqvor Kali citrici.*)

Rp. Acidi citrici partes sexaginta . . . . 60.
Aqvæ partes centum viginti . . . . 120.
Carbonatis kalici sufficientem qvantitatem.
Solutis & saturatis addantur
Acidi citrici partes qvinqve . . . . 5.
Sacchari partes centum . . . . 100.
Aqvæ partes mille qvadringentæ qvadraginta 1440.
Ex tempore paretur.
Centum (100) partes qvinqve (5) circiter Citratis kalici anhydri partes continent.

SOLUTIO CREOSOTI AQVOSA.
Solutio Creosoti.

(*Ph. Sv. 45. Aqva Creosoti. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Aq. Kreosoti.*)

Rp. Creosoti partem unam . . . . 1.
Aqvæ destillatæ partes nonaginta novem . . . . 99.
Agitando solvantur.

SOLUTIO EXTRACTI POMORUM FERRATI.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Ferri pomati.*)

Rp. Extracti Pomorum ferrati partem unam . . . . . 1.
Aqvæ Cinnamomi partes qvinqve . . . . 5.
Alcohol rectificati partes qvatuor . . . . 4.
Conterendo in mortario porcellaneo vel ferreo soluta filtrentur.

SOLUTIO IODETI FERROSI.

(*Ph. Hbg. 52. Liqvor Ferri iodati s. sesqviiodati.*)

FeI + 155HO.

FeI	=	1936,09 ɔ:	10,00
155HO	=	17437,50 ɔ:	90,00
		19373,59 ɔ:	100,00

Rp. Iodi partes sexaginta . . . . 60.
Ferri limati partes triginta . . . . 30.
Aqvæ partes sexcentas sexaginta . . . . 660.
Vitro obturando immissa leni calore agitentur, donec læte viridis formata sit Solutio, qvæ filtretur.
Ex tempore paretur.

SOLUTIO IODETI FERROSI SACCHARATA.

(*Ph. Dan. 50. Syrupus Ferri jodati. Hbg. 52. Syr. Ferri iodati.*)

Rp. Iodi partes sexaginta . . . . 60.
Ferri limati partes triginta . . . . 30.
Aqvæ partes trecentas sexaginta . . . . 360.
In vitro obturando, usqve dum læte viridis Solutio formata sit, leni calore digesta & agitata filtrentur.
Filtratis admisceantur
Sacchari partes trecentæ . . . . 300.
Ex tempore paretur.
Centum (100) partes decem (10) Iodeti continent.

* SOLUTIO IODI ALCOHOLICA.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Tinctura Iodii. Ph. Bor. 46. Tinct. Iodi. Ph. Dan. 50. Tinct. Jodi.*)

$$I + 21\,Alc, HO.$$

I	=	1585,99 ɔ:	9,90
21Alc, HO	=	14437,50 ɔ:	90,10
		16023,49 ɔ:	100,00

Rp. Iodi partes sexaginta . . . . 60.
Alcohol rectificatissimi partes qvingentas qvadraginta 540.
Sæpius conqvassata solvantur.
Dosis media guttæ duæ—qvinqve (2—5); periculosa guttæ qvindecim (15).

* SOLUTIO NITRATIS HYDRARGYROSI.

(*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Hbg. 52. Liqvor Hydrargyri nitrici. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Liqv. Hydrargyri oxydulati nitrici.*)

$$Hg_2O, NO_5 + NO_5 + 256HO.$$

Hg_2O, NO_5	=	3275,06 ɔ:	10,00
NO_5	=	675,06 ɔ:	2,06
256HO	=	28800,00 ɔ:	87,94
		32750,12 ɔ:	100,00

Rp. Nitratis hydrargyrosi partes sexaginta . . . . 60.
Acidi nitrici concentrati partes novendecim . . 19.
Aqvæ partes qvadringentas octoginta duas . . 482.
Soluta filtrentur.

Dosis media gutta una—guttæ duæ (1—2); periculosa guttæ sex (6).

SOLUTIO OXYDI CALCICI.

(*Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Aqva Calcariæ ustæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Aq. Calcariæ. Ph. Sv. 45. Aq. Calcis.*)

Rp. Calcariæ recens ustæ partes duas . . . . 2.

Sensim affundatur

Aqvæ pars una . . . . 1.

Calcaria usta in pulverem delapsa ollæ lapideæ vel lagenæ immittatur. Affundantur

Aqvæ partes centum . . . . 100.

Vas bene clausum per duodecim horas assiduo concussu seponatur. Liqvor filtretur.

Centum (100) partes unam decimam (0,1) Oxydi calcici continebunt.

SOLUTIO PHOSPHORI ÆTHEREA.

(*Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Æther phosphoratus.*)

P + 84AeO.

P	=	392,04 ɔ:	1,00
84AeO	=	38850,00 ɔ:	99,00
		39242,04 ɔ:	100,00

Rp. Phosphori dissecti partes sexaginta . . . . . 60.

Alcohol rectificatissimi partium tria millia sexcentas 3600.

Mixtione in clauso parvo vitro aqvæ balneo liqvata & sedule conqvassata, donec Phosphorus in crassum pulverem redactus sit, liqvor defundatur. Phosphoro affundantur

Ætheris partium qvinqve millia nongentæ qvadraginta 5940.

Mixtio sæpius agitetur, donec Phosphorus solutus sit. Solutio tunc defundatur & in parvis vitris repletis umbroso loco servetur.

SOLUTIO SAPONIS ALCOHOLICA.

(*Ph. Dan. 05. Balsamum saponaceum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Spiritus saponatus.*)

Rp. Saponis alicantini rasi partes viginti . . . . . . 20.
Camphoræ contusæ partes qvatuor . . . . 4.
Alcohol rectificati partes nonaginta sex . . . . 96.
Solutis addantur
Ætherolei Rorismarini,
— Origani, singulorum pars una . . . . 1.
Mixta filtrentur.

SOLUTIO SESQVICARBONATIS AMMONICI.

(*Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Liqvor Ammonii carbonici aqvosus. Ph. Dan. 50. Liqv. Ammonii carbonici. Ph. Bor. 46. Liqv. Ammoniaci carbonici.*)

$2NH_4O, 3CO_2 + 118HO.$

$2NH_4O, 3CO_2$ =	1475,12 ɔ:	10,00
$118HO$ =	13275,00 ɔ:	90,00
	14750,12 ɔ:	100,00

Rp. Sesqvicarbonatis ammonici partes sexaginta . . 60.
Aqvæ partes qvingentas qvadraginta . . . . . 540.
Soluta filtrentur.

Partes centum (100) Acidi tartarici crystallisati partes viginti qvinqve & decimas qvatuor (25,4) saturant.

SOLUTIO SESQVICARBONATIS AMMONICI PYRO—OLEOSI.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Liqvor Ammonii carbonici pyro-oleosi.*)

$2NH_4O, 3CO_2 + 118HO.$

Rp. Sesqvicarbonatis ammonici pyro-oleosi partes sexaginta 60.
Aqvæ partes qvingentas qvadraginta . . . . . 540.
Per qvadraginta octo horas seposita & freqventius agitata filtrentur.

SOLUTIO SUCCINATIS AMMONICI PYRO—OLEOSI.

(*Ph. Dan. 05. Liqvor Ammonii pyro-oleosi succinatus. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Liqv. Ammonii succinici. Ph. Sv. 45. Liqv. Cornu Cervi succinatus. Ph. Bor. 46. Liqv. Ammoniaci succinici.*)

$$2(NH_4O), \overline{Su} + 152HO.$$

$2(NH_4O), \overline{Su}$ =	1900,12	ɔ:	10,00
152HO =	17100,00	ɔ:	90,00
	19000,12	ɔ:	100,00

Rp. Acidi succinici partes sexaginta . . . . 60.
Olei Succini rectificati partes tres . . . . 3.
In lapideo mortario bene contritis addantur
Aqvæ partes sexcentæ octoginta sex . . . . . 686.
Addatur
Sesqvicarbonatis ammonici pyro-oleosi
qvantum ad perfectam saturationem reqviratur.
Bene conqvassata filtrentur.

SOLUTIO SULPHO—HYDRATIS SULPHO—AMMONICI.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Liqvor Ammonii hydrosulphurati. Ph. Sv. 45. Sulphohydras ammonicus.)*

$$NH_4S, HS + 51HO.$$

NH_4S =	425,06		
HS =	212,50		
	637,56	ɔ:	10,00
51HO =	5737,50	ɔ:	90,00
	6375,06	ɔ:	100,00

Rp. Solutionis Ammoniaci partes sexaginta . . . . 60.
Acido hydrothionico
perfecte saturatis addatur
Aqvæ
qvantum sufficiat ad efficiendam Solutionem partium centum octoginta 180.

*SOLUTIO SUPERIODETI KALICI.

(*Ph. Sv. 45. Solutio Superiodeti kalici. Ph. Hbg. 52. Liqvor Kalii iodati cum Iodio.)*

$$KI_2 + 108HO.$$

I =	1585,992	ɔ:	10,03
KI =	2074,848	ɔ:	13,12
108HO =	12150,000	ɔ:	76,85
	15810,840	ɔ:	100,00

Rp. Iodi partes sexaginta . . . . 60.

Iodeti kalici partes septuaginta novem . . . . 79.
Aqvæ partes qvadringentas sexaginta unam . . 461.
Misceantur.

Dosis media guttæ duæ—qvinqve (2—5); periculosa guttæ qvindecim (15).

SOLUTIO TARTRATIS BIKALICI.

(*Ph. Dan. 50. Liqvor Kali tartarici.*)

Rp. Tartratis bikalici partem unam . . . . 1.
Aqvæ partes duas . . . . 2.
Soluta filtrentur.

SOLUTIO TARTRATIS STIBICO—KALICI ALCOHOLICA.

(*Pharmacopoearum Vinum stibiatum.*)

Rp. Tartratis stibico-kalici partem unam . . . . . . 1.
Solvatur in
Alcohol tenuis partibus centum nonaginta novem 199.

SPECIES AMARÆ.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Thea amara.*)

Rp. Ligni Guajaci rasi,
Fructuum Juniperi contusorum,
Foliorum Menyanthis,
— Cassiarum, concisorum, singulorum partes æqvales.
Misceantur.

SPECIES DECOCTI LIGNORUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Species pro Decocto Lignorum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Species ad Decoctum Lignorum.*)

Rp. Ligni Guajaci rasi partes viginti qvatuor . . . . 24.
Radicis Sassafras,
— Lapparum, singulorum partes duodecim 12.
— Glycyrrhizarum partes duas . . . . . . 2.

Stipitum Dulcamaræ partes sex . . . . 6.
Fructuum Foeniculi partem unam . . . . 1.
Concisa & contusa misceantur.

SPECIES DEMULCENTES.

Rp. Foliorum Malvarum,
Radicis Althææ,
Fructuum Cannabis, singulorum partes qvatuor . 4.
Radicis Glycyrrhizarum partem unam . . . . . . 1.
Concisa & contusa misceantur.

SPECIES EMOLLIENTES.

Ph. Dan. 05. Species pro Cataplasmate emolliente s. pro Enemate. Ph. Sl. Hols. 31. Sp. emollientes ad Cataplasma. Ph. Sv. 45. Dan. 50. Hbg. 52. Sp. emollientes.)

Rp. Foliorum Malvarum partes tres . . . . 3.
Herbæ Melilotorum,
Florum Sambuci,
— Matricariæ, singulorum partes qvatuor . 4.
Radicis Althææ partes qvinqve . . . . 5.
Concisa cernenda sunt cribro, foraminibus rotundis diametri partis duodecimæ pollicis instructo. Commisceantur dein cum
Seminum Lini contusorum partibus octodecim . 18.

SPECIES FUMALES.

(Ph. Dan. 05. Species fumales optimæ. Ph. Dan. 50. Sp. fumales. Ph. Sl. Hols. 31. Pulvis fumalis optimus.)

Rp. Resinæ Styracis partes qvadraginta octo . . . . 48.
— Benzoin,
Gummi-resinæ Boswelliæ, singularum partes triginta duas 32.
Radicis Iridis partes sedecim . . . . 16.
Petalorum Rosæ partes viginti qvatuor . . . . . 24.

Florum Lavandulæ partes octo . . . . 8.
Concisa & contusa misceantur. Commixtis addantur
Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . . 4.
Ætherolei Citri partes duæ . . . . 2.
— Cinnamomi,
Balsami peruviani, singulorum pars una . . . . 1.
Bene commisceantur.

SPECIES JUNIPERI.

Rp. Fructuum Juniperi partes duodecim . . . . 12.
Radicis Glycyrrhizarum,
Fructuum Anisi, singulorum partem unam . . . 1.
Concisa & contusa misceantur.

SPECIES PECTORALES.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Species pro Infuso pectorali. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Sp. ad Infusum pectorale. Ph. Sv. 45. Sp. pectorales.*)

Rp. Radicis Althææ partes sex . . . . 6.
— Glycyrrhizarum,
Foliorum Tussilaginis,
Florum Sambuci,
— Verbasci, singulorum partes tres . . . . 3.
Fructuum Anisi partes duas . . . . 2.
Concisa & contusa misceantur.

SPECIES RESOLVENTES.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Species resolventes externæ. Ph. Sv. 45. Dan. 50. Sp. resolventes.*)

Rp. Herbæ Absynthii,
— Melissæ,
— Menthæ,
— Origani,
Florum Matricariæ,
— Sambuci,
— Lavandulæ, singulorum partes æqvales.

Concisa misceantur.

Cernenda sunt cribro, foraminibus rotundis diametri partis duodecimæ pollicis instructo.

SPECIES STOMACHICÆ.

Rp. Herbæ Menthæ,
— Absynthii,
Florum Matricariæ, concisorum, singulorum partem unam 1.

Commixta cernenda sunt cribro, foraminibus rotundis diametri partis duodecimæ pollicis instructo. Commisceantur dein cum

Fructuum Cumini contusorum parte una . . . . . 1.

SPERMOEDIA CLAVUS.

Spermoedia.

(*Ph. Hbg. 52. Secale cornutum immaturum; cæterarum Secale cornutum.*)

Spermoedia Clavus. Fries. (Sclerotium Clavus. DeC.) Cryptogamia. Fungi. L. Gymnomycetes. Endl. — In spicis Secalis cerealis humidis annis freqvens.

E spicis virescentibus sereno tempore colligenda, caute penitus siccanda, haud ultra annum servanda & minori qvantitate pulveranda.

SPHÆROCOCCUS CRISPUS.

Sphærococcus.

(*Ph. Sv. 45. Lichen Caragheen. Ph. Dan. 50. Lichen Carragheen. Ph. Hbg. 52. Fucus crispus. Ph. Bor. 46. Caragaheen.*)

Sphærococcus crispus. Ag. (Fucus crispus. L. Chondrus crispus. Lyngb.) Cryptogamia. Algæ. L. Floridæ. Endl. — Planta perennis ad omnium Europæ septentrionalis marium litora freqvens.

SPIRITUS ANTIPARALYTICUS.

(*Ph. Dan. 50. Spiritus paralyticus.*)

Rp. Solutionis Camphoræ alcoholicæ partes sedecim 16.
— Ammonii caustici,
— Sesqvicarbonatis ammonici pyro-oleosi, singulorum partes qvatuor 4.
Ætherolei Juniperi,
Olei Succini rectificati, singulorum partem unam 1.
Misceantur.

SPIRITUS HERBÆ COCHLEARIÆ.

Spiritus Cochleariæ.

(*Pharmacopoearum Spiritus Cochleariæ.*)

Rp. Herbæ Cochleariæ recentis contusæ partem unam 1.
Vitreo vel cupreo destillationis apparatui stannato immissis affundantur
Alcohol rectificati partes duæ . . . . 2.
Destillationi subjiciantur, donec transierit pars una . . . 1.

SPIRITUS MURIATICO—ÆTHEREUS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Spiritus muriatico-æthereus. Ph. Bor. 46. Sp. Ætheris chlorati. Ph. Hbg. 52. Sp. chlorato-æthereus.*)

Rp. Chloreti natrici siccati et pulverati partes duodecim 12.
Superoxydi manganici pulverati partes sex . . . 6.
Vitreæ retortæ immissis affundantur
Acidi sulphurici concentrati partes duodecim . . 12,
antea mixtæ cum
Alcohol rectificatissimi partibus qvadraginta octo 48.
Lenissimo igne fiat destillatio, donec transierint partes triginta sex 36.
Liqvor, si acidam monstraverit reactionem, cum Oxydi magnesici paululo conqvassetur, tunc defundatur & iterata & blanda destillatione rectificetur.

SPONGIA CERATA.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Spongia cerata. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Spongiæ ceratæ.*)

Spongiæ contextus subtilioris purgatæ, siccatæ frustula crassiora Ceræ liqvatæ immergantur. Exemta dein Spongia prelo calefacto comprimatur & compressa teneatur, donec refrixerit.

SPONGIA OFFICINALIS.
Spongia.

(*Ph. Dan. 05. Spongia; reliqvarum Spongia marina.*)

Spongia officinalis. L. Zoophytum saxis maris rubri & maris mediterranei adhærens, præsertim ad Græciæ insulas freqvens.

Ad usum medicum sola dispensanda est mundata, mollior, minoribus poris & lucidiori colore prædita.

STIGMATA CROCI SATIVI.
Stigmata Croci.

(*Pharmacopoearum Crocus.*)

Crocus sativus. L. (C. officinalis. Pers.) Triandria. Monogynia. L. Irideæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis Asiæ minoris & Græciæ indigena, in Europa meridionali freqventer culta.

STIPITES ASPIDII FILICIS MARIS.
Stipites Aspidii.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Filix Mas; aliarum Radix Filicis.*)

Aspidium Filix Mas. Sw. (Polypodium Filix Mas. L.) Cryptogamia. Filices. L. Polypodiaceæ. Endl. & aliorum. — Filix perennis in sylvis Europæ freqvens.

Autumno & vere qvotannis colligendi, a sqvamis & fibris liberandi, citoqve in loco umbroso siccandi.

STIPITES SOLANI DULCAMARÆ.
Stipites Dulcamaræ.

(*Pharmacopoearum Stipites Dulcamaræ.*)

Solanum Dulcamara. L. Pentandria. Monogynia. L. Solanaceæ. Endl. & aliorum. Frutex in Norvegia freqvens.

Caules, vulgo stipites, biennes ineunte vere aut sero autumno colligendi.

STOLONES TRITICI REPENTIS.
Stolones Tritici.

(*Pharmacopoearum Radix Graminis.*)

Triticum repens. L. (Agropyrum repens. Pal. Beauv.) Triandria. Digynia. L. Gramineæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis in Europa, Asia & America ad vias, sepes, agros freqvens.

Autumno vel vere colligendi.

* STRYCHNINUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Strychninum. Ph. Sv. 45. Strychnina. Ph. Hbg. 52. Strychnium.*)

$\overset{+}{\text{Str}}.$

$C_{42}\,H_{22}\,N_2\,O_4 = \overset{+}{\text{Str}} = 4175{,}12$

Partes centum (100) partium aqvæ sexcentis sexaginta sex millibus & sexcentis (666600) solvuntur.

Dosis media grani vicesima—decima ($^1/_{20}$—$^1/_{10}$) pars; periculosa grani qvadrans.

SUBNITRAS BISMUTHICUS CRYSTALLISATUS.
Subnitras bismuthicus.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Bismuthum nitricum præcipitatum. Ph. Sv. 45. Subnitras bismuthicus. Ph. Bor. 46. Bismuthum hydrico-nitricum.*)

$5BiO_3, 4NO_5, 9HO.$

$5BiO_3$ =	14803,75	ɔ:	79,95
$4NO_5$ =	2700,24	ɔ:	14,58
$9HO$ =	1012,50	ɔ:	5,47
	18516,49	ɔ:	100,00

SUCCUS FRUCTUUM PRUNI CERASI.
Succus Cerasi.

(*Ph. Sv. 45. Succus Cerasorum.*)

Prunus Cerasus. L. (Cerasus acida. Gaertn.) Icosandria. Monogynia. Amygdaleæ. Juss. & Endl. — Arbor in Europa & Asia boreali freqvens.

Fructus recentes, demtis putaminibus & nucleis, in mortario lapideo vel ligneo contusi, per aliqvot dies in vase lapideo

vitreato vel ligneo sepositi, per linteum pannum colentur preloqve exprimantur. Succo per aliqvod tempus seposito, liqvor limpidus a sedimento defundatur & in porcellaneo vel cupreo vase stannato coqvatur. Despumatus, adhuc fervidus, lagenis, aqva ferventi nuper calefactis, immittatur. Lagenæ embolis obturentur & emboli lacca obsignentur.

SUCCUS FRUCTUUM RIBIS NIGRI.

Succus Ribis nigri.

(*Ph. Sv. 45. Succus Ribis nigri.*)

Ribes nigrum. L. Pentandria. Monogynia. L. Grossularieæ. DeC. Ribesiaceæ. Endl. Frutex in Europa & America boreali freqvens.

E fructibus recentibus uti Succus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SUCCUS FRUCTUUM RIBIS RUBRI.

Succus Ribis rubri.

(*Ph. Sv. 45. Succus Ribis rubri.*)

Ribes rubrum. L. Pentandria. Monogynia. Grossularieæ. DeC. Ribesiaceæ. Endl. — Frutex europæus.

E fructibus recentibus uti Succus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SUCCUS FRUCTUUM RUBI IDÆI.

Succus Rubi.

(*Ph. Sv. 45. Succus Rubi Idæi.*)

Rubus Idæus. L. Icosandria. Polygynia. L. Rosaceæ. Lindl. & Endl. — Frutex in Europa & boreali Asia freqvens.

E fructibus recentibus uti Succus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SUCCUS FRUCTUUM VACCINII MYRTILLI.

Succus Myrtilli.

Vaccinium Myrtillus. L. Octandria. Monogynia. Vaccinieæ. DeC. Ericaceæ. Endl. Frutex in Europa & boreali Asia freqvens.

E fructibus recentibus uti Succus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SUCCUS FRUCTUUM VACCINII VITIS IDÆÆ.

Succus Vitis Idææ.

Vaccinium Vitis Idæa. L. Octandria. Monogynia. L. Vaccinieæ. DeC. Ericaceæ. Endl. Frutex in Europa, Asia & boreali America freqvens.

E fructibus recentibus uti Succus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SULPHAS ALUMINICO—KALICUS CRYSTALLISATUS.

(*Pharmacopoearum Alumen, Alumen crudum, Alumen vulgare.*)

$$KO, SO_3, AlO_3, 3SO_3, 24HO.$$

KO =	588,86	ɔ:	9,93
AlO_3 =	641,80	ɔ:	10,82
$4SO_3$ =	2000,00	ɔ:	33,72
24HO =	2700,00	ɔ:	45,53
	5930,66	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ mille octingentis qvadraginta (1840) solvuntur.

SULPHAS ALUMINICO—KALICUS SICCUS.

(*Pharmacopoearum Alumen ustum.*)

$$KO, SO_3, AlO_3, 3SO_3.$$

KO =	588,86	ɔ:	18,23
AlO_3 =	641,80	ɔ:	19,86
$4SO_3$ =	2000,00	ɔ:	61,91
	3230,66	ɔ:	100,00

SULPHAS CHININICUS CRYSTALLISATUS.

(*Ph. Sv. 45. Sulphas qvinicus. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Chinium sulphuricum. Ph. Dan. 50. Chininum sulphuricum.*)

$$\overset{+}{Ch}, SO_3, 8HO.$$

$\overset{+}{C}_{40} H_{24} N_2 O_4 = Ch$ =	4050,12			
SO_3 =	500,00			
	4550,12	ɔ:	83,49
8HO =	900,00	ɔ:	16,51
	5450,12	ɔ:	100,00

SULPHAS CHININICUS DELAPSUS.

$\overset{+}{Ch}, SO_3, 3HO.$

$\overset{+}{Ch}, SO_3$	=	4550,12	ɔ:	93,09
$3HO$	=	337,50	ɔ:	6,91
		4887,62	ɔ:	100,00

Sulphas chininicus crystallisatus loco, ubi aër siccus & caloris gradus circiter vicesimus servatur, in charta bibula seponatur, donec crystalli ponderis plus haud amittant & in album pulverem delapsæ sint.

Dispensetur, nisi Sulphas chininicus crystallisatus expresse præscriptus sit.

* SULPHAS CUPRICO—AMMONIACUS CRYSTALLISATUS.

Sulphas cuprico-ammoniacus.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Cuprum sulphurico-ammoniatum. Ph. Sv. 45. Sulphas cupricus ammoniacalis. Ph. Bor. 46. Ammoniacum cuprico-sulphuricum. Ph. Dan. 50. Cuprum sulphuricum ammoniatum.*)

$CuO, SO_3, 2NH_3, HO.$

CuO	=	495,60	ɔ:	32,32
SO_3	=	500,00	ɔ:	32,61
$2NH_3$	=	425,12	ɔ:	27,73
HO	=	112,50	ɔ:	7,34
		1533,22	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ centum qvinqvaginta (150) solvuntur.

Dosis media grani qvarta—dimidia pars ($^1/_4$—$^1/_2$); periculosa grana duo (2).

* SULPHAS CUPRICUS CRYSTALLISATUS.

Sulphas cupricus.

(*Ph. Dan. 05. Vitriolum coeruleum. Ph. Sv. 45. Vitr. de Cypro vel Cupri. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Cuprum sulphuricum. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Cupr. sulphuricum purum.*)

$CuO, SO_3, 5HO.$

CuO	=	495,60	ɔ:	31,81
SO_3	=	500,00	ɔ:	32,09
$5HO$	=	562,50	ɔ:	36,10
		1558,10	ɔ:	100,00

Partes centum (100) qvadringentis (400) aqvæ partibus solvuntur.

Dosis media granum dimidium—unum ($^1/_2$—1); emetica grana qvinqve—decem (5—10).

SULPHAS FERROSUS CRYSTALLISATUS.

Sulphas ferrosus.

(*Ph. Sv. 45. Sulphas ferrosus. Ph. Bor. 46. Ferrum sulphuricum purum. Cæterarum Ferrum sulphuricum crystallisatum.*)

$FeO, SO_3, 7HO$.

FeO =	450,10	ɔ:	25,90
SO_3 =	500,00	ɔ:	28,78
$7HO$ =	787,50	ɔ:	45,32
	1737,60	ɔ:	10,000

Partes centum (100) partibus aqvæ centum qvadraginta tribus (143) solvuntur.

SULPHAS KALICUS.

(*Ph. Dan. 05. Kali sulphuricum. Ph. Sv. 45. Sulphas kalicus. Cæterarum Kali sulphuricum depuratum.*)

KO, SO_3.

KO =	588,86	ɔ:	54,08
SO_3 =	500,00	ɔ:	45,92
	1088,86	ɔ:	100,00

Partes centum (100) mille (1000) aqvæ partibus solvuntur.

SULPHAS MAGNESICUS CRYSTALLISATUS.

Sulphas magnesicus.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Sal anglicum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Magnesia sulphurica depurata. Ph. Dan. 50. Magn. sulphurica pura. Ph. Hbg. 52. Magn. sulphurica.*)

$MgO, SO_3, 7HO$.

MgO =	250,00	ɔ:	16,26
SO_3 =	500,00	ɔ:	32,52
$7HO$ =	787,50	ɔ:	51,22
	1537,50	ɔ:	100,00

Partes centum (100) ducentis octoginta octo (288) aqvæ partibus solvuntur.

* SULPHAS MORPHINICUS CRYSTALLISATUS.

Sulphas morphinicus.

$\overset{+}{Mo}, SO_3, 6HO.$

$C_{35}H_{20}NO_6 = \overset{+}{Mo}$ =	3630,06 ɔ:	75,55
SO_3 =	500,00 ɔ:	10,40
$6HO$ =	675,00 ɔ:	14,05
	4805,06 ɔ:	100,00

Dosis media grani octava—qvarta ($^1/_8$—$^1/_4$) pars; periculosa granum unum (1).

SULPHAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.

(*Ph. Dan. 05. Natrum sulphuricum crystallisatum. Ph. Sl. Hols. 31. Natr. sulphuricum depuratum crystallisatum. Ph. Sv. 45. Sal Glauberi. Ph. Bor. 46. Natrum sulphuricum depuratum. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Natr. sulphuricum.*)

$NaO, SO_3, 10HO.$

NO =	389,73 ɔ:	19,34
SO_3 =	500,00 ɔ:	24,82
$10HO$ =	1125,00 ɔ:	55,84
	2014,73 ɔ:	100,00

Partes centum (100) ducentis decem (210) aqvæ partibus solvuntur.

SULPHAS NATRICUS SICCUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Natrum sulphuricum depuratum siccatum. Ph. Bor. 46. Natr. sulphuricum depuratum siccum.*)

$NO, SO_3.$

NO =	389,73 ɔ:	43,80
SO_3 =	500,00 ɔ:	56,20
	889,73 ɔ:	100,00

* SULPHAS STRYCHNINICUS CRYSTALLISATUS.

Sulphas strychninicus.

(*Ph. Hbg. 52. Strychnium sulphuricum.*)

$\overset{+}{Str}, SO_3, 8HO.$

$C_{42}H_{22}N_2O_4 = \overset{+}{Str}$ =	4175,12 ɔ:	74,89
SO_3 =	500,00 ɔ:	8,97
$8HO$ =	900,00 ɔ:	16,14
	5575,12 ɔ:	100,00

Dosis media grani vicesima—decima pars ($^1/_{20}$—$^1/_{10}$); periculosa grani qvadrans ($^1/_4$).

SULPHAS ZINCICUS CRYSTALLISATUS.

Sulphas zincicus.

(*Ph. Dan. 05. Vitriolum album. Ph. Sv. 45. Sulphas zincicus. Cæterarum Zincum sulphuricum.*)

$ZnO, SO_3, 7HO$.

ZnO =	506,59	ɔ:	28,24
SO_3 =	500,00	ɔ:	27,87
$7HO$ =	787,50	ɔ:	43,89
	1794,09	ɔ:	100,00

Partes centum (100) qvinqvaginta septem (57) aqvæ partibus solvuntur.

* SULPHIDUM CARBONICUM.

(*Ph. Hbg. 52. Carboneum sulphuratum.*)

C, S_2.

C =	75,00	ɔ:	15,79
S_2 =	400,00	ɔ:	84,21
	475,00	ɔ:	100,00

Dosis media guttæ duæ—tres (2—3); periculosa guttæ sex (6).

SULPHIDUM STIBICUM.

(*Ph. Sv. 45. Sulphidum stibicum. Ph. Bor. 46. Stibium sulphuratum aurantiacum. Cæterarum Sulphur stibiatum aurantiacum.*)

Sb, S_5.

Sb =	1612,90	ɔ:	61,73
S_5 =	1000,00	ɔ:	38,27
	2612,90	ɔ:	100,00

SULPHUR PRÆCIPITATUM.

(*Pharmacopoearum Sulphur præcipitatum.*)

S.

S = 200,00

Rp. Oxydi calcici, e Carbonate calcico, purissimo, qvi in promtu est (v. c. Marmore), parati, partes tres . 3.
Aqvæ fervidæ partes octodecim . . . . 18.
Mixtio agitetur, donec spissioris pultis formam obtinuerit.
Admisceantur
Sulphuris sublimati partes septem . . . . 7.
Aqvæ partes septuaginta duæ . . . . 72.

Coqvatur mixtio per horam, aut donec Sulphur perfecte solutum sit. Deinde seponatur. Liqvor limpidus defundatur a sedimento, qvod per horam coqvatur cum

Aqvæ partibus triginta 30,

iterata cæteroquin eadem operatione.

Commixti liqvores seponantur & deinde a sedimento defundantur. Agitando parvisqve portiunculis addatur

Acidum hydrochloricum,

Aqvæ dupla qvantitate mixtum,

donec mixtio liberum acidum monstret. Mixtio per aliqvot horas seponatur, freqventius agitata. Obtentum Sulphur filtro immittatur & tamdiu aqva abluatur, qvamdiu acidulum observabitur. In charta expansum libero aëre citissime siccetur.

SULPHUR SUBLIMATUM.

(*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Sulphur depuratum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Sulphur depuratum lotum. Ph. Sv. 45. Sulphur sublimamatum elotum.*)

S.

$S = 200{,}00$

SULPHUR VULGARE.

(*Ph. Dan. 05. Sulphur citrinum s. vulgare. Ph. Sl. Hols. 31. Sulphur citrinum s. in baculis. Ph. Sv. 45. Dan. 50. Sulphur. Ph. Hbg. 52. Sulphur citrinum.*)

SULPHURETUM CALCICUM.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Calcaria sulphurata.*)

Rp. Sulphuris sublimati partem unam . . . . 1.

Oxydi calcici pulverati partes duas . . . . 2.

Commixtis sensim affundantur

Aqvæ fervidæ partes duodecim . . . . 12.

Mixtio sæpius agitata leni igne ad siccum evaporetur. Massa sicca vitreo vasi bene claudendo statim immittatur.

SULPHURETUM HYDRARGYRICUM CRYSTALLISATUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Cinnabaris. Ph. Sv. 45. Cinnabaris rubra. Ph. Dan. 50. Cinnabaris artificialis. Ph. Hbg. 52. Hydrargyrum sulphuratum.*)

Hg, S.

Hg =	1250,00	ɔ:	86,21
S =	200,00	ɔ:	13,79
	1450,00	ɔ:	100,00

SULPHURETUM STIBICUM AMORPHUM.

Sb, S_3.

Sb =	1612,90	ɔ:	72,89
S_3 =	600,00	ɔ:	27,11
	2212,90	ɔ:	100,00

SULPHURETUM STIBICUM CRYSTALLISATUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Antimonium crudum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Stibium sulphuratum nigrum. Ph. Dan. 50. Stibium sulphuratum nigrum crudum & purum.*)

Sb, S_3.

Sb =	1612,90	ɔ:	72,89
S_3 =	600,00	ɔ:	27,11
	2212,90	ɔ:	100,00

Dispensetur, nisi Sulphuretum stibicum amorphum expresse præscriptum sit.

SUPEROXYDUM MANGANICUM.

(*Ph. Dan. 05. Magnesium oxydatum nativum. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Manganum oxydatum nativum. Ph. Hbg. 52. Mang. hyperoxydatum s. nativum.*)

Mn, O_2.

Mn =	344,68	ɔ:	63,28
O_2 =	200,00	ɔ:	36,72
	544,68	ɔ:	100,00

SYRUPUS BULBORUM ALLII.

Syrupus Allii.

(*Ph. Sv. 45. Syrupus Allii.*)

Rp. Bulborum Allii concisorum partes qvinqve . . . 5.
Affundatur Aqvæ fervidæ qvantum sufficiat, ut, qvum seposita sit per horam mixtio, remaneat colatura partium decem . . . . 10.
Addantur
Sacchari partes octodecim . . . . 18.
Leni calore soluta colentur.

SYRUPUS FOLIORUM CASSIARUM MANNATUS.

Syrupus Cassiarum mannatus.

(*Ph. Dan. 05. Syrupus e Manna. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Syrupus Mannæ. Ph. Bor. 46. Syrupus Sennæ cum Manna.*)

Rp. Foliorum Cassiarum partes triginta duas . . . 32.
Mannæ partes qvadraginta octo . . . . 48.
Fructuum Foeniculi,
Radicis Zingiberis, singulorum partem unam . 1.
Concisa & contusa per duas horas digerantur cum
Aqvæ fervidæ tanta copia,
qvanta sufficiat ad expressam colaturam partium ducentarum qvinqvaginta sex 256.
In hoc liqvido solvantur
Sacchari partes centum septuaginta sex . . . . 176.
Ad partes trecentas octoginta 380
evaporata colentur.

SYRUPUS FRUCTUUM JUNIPERI.

Syrupus Juniperi.

(*Ph. Sv. 45. Syrupus Juniperi; cæterarum Succus Juniperi inspissatus.*)

Rp. Fructuum Juniperi contusorum partes qvatuor . 4.
Aqvæ fervidæ partes viginti qvatuor . . . . . 24.
Per sex horas macerata colentur & exprimantur. Residuo affundantur
Aqvæ fervidæ partes sedecim . . . . 16.
Etiam per sex horas macerata colentur & exprimantur. Liqvores commixti seponantur, donec impuritates sub-

sederint. Liqvor limpidus aqvæ balneo evaporetur, donec remanserint partes qvatuor . . . . 4.
Addatur
Sacchari albi pars una . . . . 1.

SYRUPUS FRUCTUUM CERASI.

Syrupus Cerasi.

(*Ph. Dan. 05. Syrupus Cerasorum acidorum; cæterarum Syrupus Cerasorum.*)

Rp. Succi Cerasorum partes qvinqve . . . . 5.
Sacchari partes novem . . . . 9.
Leni calore soluta per laneum pannum colentur.

SYRUPUS FRUCTUUM PAPAVERIS SOMNIFERI.

Syrupus Papaveris.

(*Ph. Dan. 05. Syrupus Diacodion s. Papaveris albi. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Syrupus capitum Papaveris.*)

Rp. Fructuum Papaveris contusorum partes viginti octo 28.
Radicis Glycyrrhizarum concisæ partem unam . 1.
Aqvæ partes centum et nonaginta duas . . . . 192.
Per dimidiam horam cocta colentur, exprimantur & seponantur, ut impuritates subsidant. Liqvor limpidus defusus evaporetur ad remanentes partes sexaginta . 60.
Addantur
Sacchari partes nonaginta sex . . . . 96.
Ebullita despumentur & colentur.

SYRUPUS FRUCTUUM RIBIS NIGRI.

Syrupus Ribis nigri.

(*Ph. Dan. 05. Syrupus Ribis nigri. Ph. Hbg. 52. Syr. Ribium nigrorum.*)

E fructibus recentibus uti Syrupus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SYRUPUS FRUCTUUM RIBIS RUBRI.

Syrupus Ribis rubri.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 05. Sv. 45. Syrupus Ribium.*)

E fructibus recentibus uti Syrupus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SYRUPUS FRUCTUUM RUBI IDÆI.

Syrupus Rubi.

(*Pharmacopoearum Syrupus Rubi Idæi.*)

E fructibus recentibus uti Syrupus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SYRUPUS FRUCTUUM SAMBUCI.

Syrupus Sambuci.

(*Ph. Sv. 45. Syrupus Sambuci; cæterarum Succus Sambuci inspissatus.*)

SYRUPUS FRUCTUUM VACCINII MYRTILLI.

Syrupus Myrtilli.

E fructibus recentibus uti Syrupus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SYRUPUS FRUCTUUM VACCINII VITIS IDÆÆ.

Syrupus Vitis Idææ.

E fructibus recentibus uti Syrupus fructuum Pruni Cerasi paretur.

SYRUPUS OPIATUS.

(*Ph. Hbg. 52. Syrupus opiatus.*)

Rp. Opii depurati pulverati partem unam . . . . . 1.
Syrupi Sacchari partes qvingentas . . . . 500.
Bene agitando solvantur.

SYRUPUS RADICIS ALTHÆÆ.

Syrupus Althææ.

(*Ph. Dan. 05. Syrupus de Althea. Ph. Dan. 50. Syr. Altheæ. Cæterarum Syrupus Althææ.*)

Rp. Radicis Althææ,
— Glycyrrhizarum, concisarum, singularum partem unam 1.
Aqvæ frigidæ partes viginti duas . . . . 22.
Per horam macerata sine expressione colentur.
In colatura partium qvindecim 15
leni calore solvantur
Sacchari partes viginti qvatuor . . . . 24.
Colentur.

SYRUPUS RADICIS POLYGALÆ SENEGÆ.

Syrupus Polygalæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Syrupus Senegæ.*)

Rp. Radicis Polygalæ concisæ partem unam . . . . 1.
Per dimidiam horam coqvatur cum
Aqvæ tanta copia,
qvanta reqviratur ad colaturam partium decem . . . . 10.
Addantur
Sacchari partes octodecim . . . . 18.
Soluta colentur.

SYRUPUS RADICIS RHEORUM COMPOSITUS.

Syrupus Rheorum.

(*Pharmacopoearum Syrupus Rhei.*)

Rp. Radicis Rheorum concisæ partes sedecim . . . 16.
Corticis Cinnamomi partes tres . . . . 3.
Carbonatis kalici partem unam . . . . 1.
Per duodecim horas, subinde agitando, macerentur.
Affundatur
Aqvæ
qvantum reqviratur ad expressam colaturam partium octoginta 80.
In colatura solvantur
Sacchari partes centum & qvadraginta qvatuor . 144.

SYRUPUS SACCHARI CLARIFICATUS.

Syrupus Sacchari.

(Pharmacopoearum Syrupus Sacchari s. Syr. simplex.)

Rp. Sacchari partes novem . . . . 9.
Aqvæ partes qvinqve . . . . 5.
Leni calore soluta colentur.

SYRUPUS SACCHARI COMMUNIS.

Syrupus communis.

(Ph. Hbg. 52. Syrupus communis s. culinaris depuratus.)

Liqvor Sacchari Saccharorum depuratione obtentus.

SYRUPUS AMYGDALARUM DULCIUM.

Syrupus Amygdalarum.

(Pharmacopoearum Syrupus Amygdalarum.)

Rp. Amygdalarum dulcium decorticarum partes octo 8.
In lapideo mortario cum
Aqvæ Rosæ partibus viginti 20,
— Aurantii parte una 1
contundantur & triturentur, donec facta sit Emulsio, in qva colata & expressa lenissimo calore solvantur
Sacchari partes triginta octo . . . . 38.

TARTRAS AMMONICO—KALICUS CRYSTALLISATUS.

Tartras ammonico-kalicus.

(Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Tartarus ammoniatus.)

$KO, NH_4O, \bar{T}, 2HO.$

$KO =$	588,86	ɔ:	21,11
$NH_4O =$	325,06	ɔ:	11,66
$\bar{T} =$	1650,00	ɔ:	59,16
$2HO =$	225,00	ɔ:	8,07
	2788,92	ɔ:	100,00

Partes centum (100) aqvæ partibus ducentis (200) solvuntur.

TARTRAS BIKALICUS CRYSTALLISATUS.

Tartarus bikalicus.

(*Zh. Sv. 45. Tartras kalicus; cæterarum Kali tartaricum.*)

$2KO, \bar{T}, HO.$

$2KO$ =	1177,72	ɔ:	40,05
$\bar{T}$ =	1650,00	ɔ:	56,12
HO =	112,50	ɔ:	3,83
	2940,22	ɔ:	100,00

Partes centum (100) aqvæ septuaginta qvinqve (75) partibus solvuntur.

TARTRAS BORAXATO—KALICUS.

(*Pharmacopoearum Tartarus boraxatus.*)

$KO, NaO, \bar{T}; 2(KOBoO_3\bar{T}); 3HO.$

$3(KO, HO, \bar{T})$ =	7054,08	ɔ:	84,82
$NaO, 2BoO_3$ =	1262,13	ɔ:	15,18
	8316,21	ɔ:	100,00

TARTRAS HYDRICO—KALICUS.

(*Ph. Dan. 50. Tartarus depuratus venalis. Ph. Bor. 46. Tart. depuratus.*)

$KO, HO, \bar{T}.$

KO =	588,86	ɔ:	25,04
HO =	112,50	ɔ:	4,79
$\bar{T}$ =	1650,00	ɔ:	70,17
	2351,36	ɔ:	100,00

Partes centum (100) partium aqvæ viginti circiter millibus (20000) solvuntur.

TARTRAS NATRICO—KALICUS CRYSTALLISATUS.

Tartras natrico-kalicus.

(*Ph. Sv. 45. Tartras natrico-kalicus. Ph. Bor. 46. Natro-kali tartaricum. Cæterarum Tartarus natronatus.*)

$KO, NaO, \bar{T}, 8HO.$

KO =	588,86	ɔ:	16,69
NaO =	389,73	ɔ:	11,04
$\bar{T}$ =	1650,00	ɔ:	46,76
$8HO$ =	900,00	ɔ:	25,51
	3528,59	ɔ:	100,00

Partes centum (100) aqvæ ducentis qvinqvaginta partibus (250) solvuntur.

* TARTRAS STIBICO—KALICUS CRYSTALLISATUS.

Tartras stibico-kalicus.

(*Ph. Sv. 45. Tartras stibico-kalicus. Ph. Bor. 46. Stibio-kali tartaricum. Cæterarum Tartarus stibiatus.*)

$KO, SbO_3, \bar{T}, HO.$

$KO =$	588,86	ɔ:	13,81
$SbO_3 =$	1912,90	ɔ:	44,86
$\bar{T} =$	1650,00	ɔ:	38,69
$HO =$	112,50	ɔ:	2,64
	4264,26	ɔ:	100,00

Partes centum (100) aqvæ mille qvadringentis (1400) partibus solvuntur.

* TRICHLORETUM FORMYLICUM.

(*Ph. Dan. 50. Chloroform. Formylsuperchlorid. Ph. Hbg. 52. Chloroformium.*)

$\bar{Fo}, Cl_3.$

$C_2H = Fo =$	162,50	ɔ:	10,89
$Cl_3 =$	1329,84	ɔ:	89,11
	1492,34	ɔ:	100,00

Rp. Alcohol tenuis partes duas . . . . 2.
Calcariæ chloratæ partes qvinqve . . . . 5.
Aqvæ partes triginta . . . . 30.

Calcaria chlorata pulverata argillaceo urceo immittatur, qvi in olla, aqva repleta, collocetur. Urcei aperturæ adaptetur suber perforatum, per qvod altera extremitas tubi vitrei curvati diametri pollicis unius vel unius & dimidii transmittatur, altera vero in aliud vitrum demittatur, unde alius tubus ejusdem diametri in majus excipulum vitreum, securitatis tubulo munitum, conductus est. — Tubi curvatura etiam e stanno vel stannato ferro confecta esse potest. — Et intermedium vitrum, et excipulum frigida aqva vel glacie circumdetur. Apparatu ita composito omnibusqve aperturis (urcei tamen apertura excepta) luto farina linaria confecto bene occlusis, Alcohol & Aqva urceo immittantur, cujus etiam apertura, massa spatulæ ligneæ ope probe commixta, simili modo occludatur. Aqva in olla contenta lente calefiat ad coctionem, tamdiu continuandam, qvamdiu vapores in tubis &c. condensati oleosum adspectum conservabunt. Impurum Chlorofor-

mium ita obtentum a supernatante liqvido separetur & exigua aqvæ qvantitate ablutum solutione Carbonatis natrici aqvosa admodum diluta (v. c. una Salis parte & Aqvæ partibus sexaginta qvatuor) conqvassetur, donec liberum acidum saturatum sit. Chloroformio ampliori deinde vitro immisso Acidum sulphuricum concentratum exiguis portiunculis affundatur, freqventius agitando, donec liqvidum, postqvam subsederint impuritates, limpidum & album evenerit. Liqvidum hocce caute defusum & leni calore rectificatum in vitris, duarum—qvatuor drachmarum capacibus, denigratis servetur.

Pond. sp. 1,48. Ebull. cal. gr. 61.

TROCHISCI RADICIS GLYCYRRHIZARUM OPIATI.

Trochisci Glycyrrhizarum opiati.

(Ph. Sv. 45. Trochisci Liqviritiæ thebaici.)

Rp. Extracti Glycyrrhizarum,
Gummi Acaciarum, singulorum partes triginta . 30.
Opii partem unam . . . . 1.
Pulveratis in mortario contritis & bene commixtis sensim addantur
Syrupi Sacchari partes triginta sex 36,
Essentiæ tolutanæ partes tres 3,
donec massa pastaceam spissitudinem obtinuerit.

Centum (100) partes unam (1) Opii partem continent.

UNGVENTUM AROMATICUM.

(Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Ungventum Rorismarini compositum. Ph. Dan. 50. Ungv. nervinum.)

Rp. Herbæ Melilotorum,
— Origani,
Florum Matricariæ, singulorum partes octo . . 8.
In mortario cum
Alcohol rectificatissimi partibus sedecim 16
contusa per duodecim horas macerentur. Addantur
Axungiæ Suis partes nonaginta sex . . . . 96.
Sebi partes qvadraginta octo . . . . 48.
Ceræ partes sedecim . . . , ... 16.

Aqvæ balneo calefacta, donec evaporatum sit Alcohol, per linteum pannum filtrentur & prelo calefacto exprimantur. Massæ ad caloris 35—40 gradum refrigeratæ addantur

Pingvolei Lauri,
Ætherolei Lavandulæ,
— Menthæ, singulorum pars una 1,
— Juniperi,
— Pinorum,
— Rorismarini, singulorum partes duæ . 2.

Massa, donec refrixerit, bene agitetur.

UNGVENTUM BASILICUM FLAVUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Ungventum basilicum flavum. Ph. Bor. 46. Ungv. basilicum. Ph. Sv. 45. Ungv. Terebinthinæ resinosum.*)

Rp. Colophonii,
Ceræ,
Sebi, singulorum partes duas . . . . 2.
Pingvolei Brassicarum partes qvatuor . . . . 4.

Leni calore liqvatis & ad caloris 60—70 gradum refrigeratis addatur

Balsami Pinorum pars una . . . . 1.

Sæpius agitentur, donec refrixerint.

UNGVENTUM BASILICUM NIGRUM.

(*Ph. Dan. 05. Ungventum basilicum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Ungv. basilicum nigrum.*)

Rp. Picis Pinorum solidæ,
Colophonii,
Ceræ,
Sebi, singulorum partes duas . . . . 2.
Pingvolei Brassicarum partes sex . . . . 6.

Leni igne liqvefactis & dein colatis addatur

Balsami Pinorum pars una . . . . 1.

Bene misceantur.

UNGVENTUM CANTHARIDUM.

(*Ph. Sv. 45. Ungventum Cantharidum colatum.*)

Rp. Cantharidum pulveratarum partes duas . . . . . . 2.
Colophonii,
Sebi,
Ceræ, singulorum partem unam . . . . 1.
Pingvolei Oleæ partes qvatuor . . . . 4.

Aqvæ balneo caloris 90—100 gradu in vase clauso per tres horas digesta per linteum pannum filtrentur & prelo, aqva fervida calefacto, exprimantur. Addatur

Balsami Pinorum pars una . . . . 1.

Bene misceantur.

UNGVENTUM CERÆ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Ungventum cereum. Ph. Dan. 50. Ceratum simplex.*)

Rp. Ceræ partem unam . . . . 1.
Pingvolei Brassicarum partes tres . . . . 3.

Liqvata colentur.

UNGVENTUM CETACEI ROSACEUM.

(*Ph. Dan. 50. Ceratum Cetacei. Cold cream. Ph. Hbg. 52. Ungventum leniens.*)

Rp. Cetacei partes tres . . . . 3.
Ceræ albæ partem unam . . . . 1.
Pingvolei Amygdalarum partes viginti qvatuor . 24.

Leni calore colliqvefactis assidua agitatione sensim addantur

Aqvæ Rosæ partes viginti qvatuor . . . . 24.

Agitatio continuetur, donec e seposita massa aqva non amplius separetur.

Ex tempore paretur.

UNGVENTUM FOLIORUM DIGITALIS.

Ungventum Digitalis.

(*Ph. Hbg. 52. Ungventum Digitalis.*)

Rp. Foliorum Digitalis minutim concisorum partes duas 2.
Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . 4.
In mortario in pultariam massam contusa & in vase bene clauso per duodecim horas macerata in aliud vas transferantur. Addantur
Sebi partes tres . . . . 3.
Axungiæ Suis partes novem . . . . 9.
Balneo aqvæ calefacta, donec evaporatum sit Alcohol, per pannum linteum filtrentur & prelo, aqva fervida calefacto, exprimantur.

UNGVENTUM HYDRARGYRI.

(Ph. Sv. 45. Ungventum Hydrargyri; cæterarum Ungv. Hydrargyri cinereum.)

Rp. Hydrargyri partes sedecim . . . . 16.
Sebi partes qvatuor . . . . 4.
Axungiæ Suis partes duas . . . . 2.
In ferreo vel porcellaneo vase conterantur, donec Hydrargyrum adeo divisum sit, ut globuli metallici armato oculo cerni neqveant. Deinde paulatim & assidua trituratione addatur mixtio
Sebi partium duodecim 12,
Axungiæ Suis partium qvadraginta sex . . . . . 46.

UNGVENTUM HYDRATO—CARBONATIS PLUMBICI.

(Pharmacopoearum Ungventum Cerussæ.)

Rp. Hydrato-carbonatis plumbici pulverati partem unam 1.
Mortario immissæ sensim affundantur
Axungiæ Suis liqvefactæ partes duæ . . . . 2.
Agitentur, donec refrixerint.

UNGVENTUM IODETI KALICI & IODI.

Ungventum iodatum.

(Ph. Hbg. 52. Ungventum Iodi compositum.)

Rp. Iodeti kalici partes decem . . . . 10.
Iodi,
Aqvæ, singulorum partem unam . . . . 1.
In mortario lapideo tritis & bene commixtis sensim addantur
Axungiæ Suis partes octoginta . . . . 80.
Exactissime misceantur.
Ex tempore paretur.

UNGVENTUM JUNIPERI SABINÆ.

Ungventum Sabinæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Ungventum Sabinæ.*)

Aliaqve Ungventa herbacea, qvorum formulæ non præscriptæ sunt, ad Ungventi foliorum Digitalis normam parentur.

UNGVENTUM LAPIDIS CALAMINARIS PLUMBICUM.

Rp. Lapidis calaminaris partes octo . . . . 8.
Hydrato-carbonatis plumbici partes sex . . . . . 6.
Oxydi plumbici,
Minii, singulorum partes qvinqve . . . . 5.
Subtilissime seorsum pulveratis & commixtis assidua agitatione sensim addantur
Pingvolei Oleæ partes sedecim . . . . 16.
Solutionis Acetatis sesqviplumbici concentratæ partes tres 3.
Misceantur.

UNGVENTUM NITRATIS HYDRARGYROSI.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Hbg. 52. Ungventum Hydrargyri citrini. Ph. Sv. 45. Ungv. Nitratis hydrargyrici.*)

Rp. Nitratis hydrargyrosi pulverati partem unam . . 1.
Axungiæ Suis partes novem . . . . 9.
Bene misceantur.
Ex tempore paretur.

UNGVENTUM OXYDI HYDRARGYRICI.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Ungventum Hydrargyri rubrum. Ph. Sv. 45. Ungv. Oxydi hydrargyrici.*)

Rp. Oxydi hydrargyrici subtilissime pulverati partem unam 1.
Butyri partes octo . . . . 8.
Butyrum leni calore liqvatum cum Oxydo hydrargyrico sensim & exactissime commisceatur, perpetue agitando, donec massa refrixerit.

UNGVENTUM PLUMBICUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Balsamum universale. Ungventum saturninum. Ph. Sv. 45. Ungv. Subacetatis plumbici. Ph. Bor. 46. Ungv. Plumbi. Ph. Hbg. 52. Ungv. plumbicum.*)

Rp. Ceræ partes sex . . . . 6.
Pingvolei Brassicarum partes septendecim . . . . 17.
Leni calore liqvatis assidue agitans adde
Acetatis plumbici pulverati,
Pingvolei Brassicarum,
antea bene contritorum, singulorum partem unam . . . 1.
Agitetur massa, donec refrixerit.

UNGVENTUM PLUMBICUM COMPOSITUM.

(*Ph. Dan. 50. Ungventum hæmorrhoidale.*)

Rp. Stigmatum Croci pulveratorum partem unam . . 1.
Camphoræ pulveratæ partes duas . . . . 2.
Olei Hyoscyami infusi partes sex . . . . 6.
In mortario contritis sensim addantur
Ungventi plumbici partes octodecim . . . . 18.
Bene misceantur.

UNGVENTUM RADICIS ALTHÆÆ.

Ungventum Althææ.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Ungventum Altheæ. Ph. Sl. Hols. 31. Ungv. Althææ.*)

Rp. Mucilaginis Althææ,
— Lini, singularum partes duas . . . . . 2.
Axungiæ Suis partes duodecim . . . . 12.
Leni calore ad omnis aqvosi consumtionem coctis addatur
Resinæ Pinorum pars una . . . . 1.
Liqvata colentur.

UNGVENTUM ROSACEUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Ungventum rosatum. Ph. Sv. 45. Ungv. rosaceum.*)

Rp. Axungiæ Suis partes centum & qvinqvaginta . 150.
Ceræ albæ partes triginta octo . . . . 38.
Leni calore liqvatis & refrigeratis sensim & continua agitatione addantur
Aqvæ Rosæ partes triginta . . . . 30.
Ætherolei Rosæ pars una . . . . 1.
Triturentur, donec in homogeneam massam redacta sint.

UNGVENTUM SULPHATIS ZINCICI SULPHURATUM.

Ungventum zincicum sulphuratum.

(*Ph. Dan. 05. Ungventum Zinci sulphuratum.*)

Rp. Sulphuris sublimati partes duas . . . . 2.
Sulphatis zincici partem unam . . . . 1.
Seorsum pulveratis & commixtis assidua trituratione sensim addantur
Axungiæ Suis partes duodecim . . . . 12.

UNGVENTUM SULPHURIS.

(*Ph. Dan. 05. Ungventum Sulphuris.*)

Rp. Axungiæ Suis partes viginti . . . . 20.
Liqvatis & ad caloris 30—40 gradum refrigeratis adde
Sulphuris sublimati,
Fructuum Lauri, pulveratorum, singulorum partes duas 2.

Radicis Inulæ pulveratæ partes qvatuor . . . . . 4.
Solutionis Carbonatis kalici partem unam . . . . 1.
Bene misceantur.

UNGVENTUM TARTRATIS STIBICO—KALICI.

Ungventum stibiatum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Ungventum Tartari stibiati. Ph. Bor. 46. Ungv. Stibio-kali tartarici. Ph. Dan. 50. Ungv. stibiatum.*)

Rp. Tartratis stibico—kalici subtilissime pulverati partem unam 1.
Axungiæ Suis partes duas . . . . 2.
Bene misceantur.

UNGVENTUM TEREBINTHINATUM.

(*Ph. Dan. 05. Balsamum terebinthinatum. Ph. Sl. Hols. 31. Ungventum Terebinthinæ. Ph. Sv. 45. Ungv. Terebinthinæ resinosum. Ph. Dan. 50. Ungv. terebinthinatum.*)

Rp. Ceræ partes tres . . . . 3.
Leni calore liqvatis addantur
Balsami Pinorum,
Ætherolei Pinorum, singulorum partes qvatuor . 4.
Massa, donec refrixerit, agitata in vase bene clauso servetur.

VALERIANAS ZINCICUS.

(*Ph. Dan. 50. Zincum valerianicum.*)

$$ZnO, \bar{V}.$$

ZnO	=	506,59 ɔ:	30,35
$C_{10}H_9O_3 = \bar{V}$	=	1162,50 ɔ:	69,65
		1669,09 ɔ:	100,00

Partes centum (100) partium aqvæ sedecim millibus (16000) solvuntur.

* VERATRINUM.

(*Ph. Dan. 50. Veratrinum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Veratrium.*)

$$\overset{+}{Ve}.$$

$$C_{24}H_{22}NO_6 = \overset{+}{Ve} = 3600,25$$

Dosis media grani duodecima—sexta ($^1/_{12}$—$^1/_6$) pars; periculosa granum dimidium ($^1/_2$).

Inserenda pag. 85.

HYDRAS KALICUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Kali causticum siccum. Ph. Bor. 46. Kali hydricum siccum.*)

KO, HO.

KO	= 588,86	ɔ:	83,96
HO	= 112,50	ɔ:	16,04
	701,36	ɔ:	100,00

Centum (100) partes partibus aqvæ qvinqvaginta (50) solvuntur.

HYDRAS KALICUS FUSUS.

(*Ph. Dan. 05. Kali causticum siccum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Kali causticum fusum. Ph. Sv. 45. Hydras kalicus. Ph. Bor. 46. Kali hydricum fusum.*)

Hydras kalicus, argenteo vel ferreo crucibulo polito immissus, igni gradatim aucto exponatur, donec olei instar fluat. Tunc in ferreum modulum tepefactum effundatur & bacilli formati adhuc calidi in vase bene obturando serventur.

INDEX.

Medicamentorum nomina in hac Pharmacopoea officinalia, et plena et brevia, directis, synonyma ex aliis Pharmacopoeis recepta obliqvis literis excusa sunt.

G.

J.

K.

L.

Corrigenda.

Pag.	21.	Lin.	1.	Pro *Byturum* lege *Butyrum.*
—	26.	—	28.	— *Cloretum* — *Chloretum.*
—	27.	—	36.	— *Hydrarbygrum* lege *Hydrargyrum.*
—	60.	—	32-33.	*Alcocol tenue adhibeatur* } deleantur.
—	61.	—	7-8.	— — — }
—	68.	—	9.	Adjiciatur nomen officinale abbreviatum: *Extractum Dulcamaræ.*
—	77.	—	11.	Pro *Oenanahes* lege *Oenanthes.*
—	93.	—	9.	— *mitiores* — *mitiorum.*
—	105.	—	29.	Adjiciatur nomen officinale abbreviatum: *Oleum Succini.*
—	111.	—	19.	Pro *Kali* lege *Kalium.*
—	119.	—	13.	Adjiciatur *crystallisati.*
—	-	—	22.	*Bor. 46.* deleatur.
—	-	—	23.	Pro *rubrum* lege *rubeum.*
—	-	—	-	Post *Kermes mineralis* adjiciantur: *Ph. Bor. 46. Stibium sulphuratum rubrum.*
—	136.	—	9.	Pro *Ammonium* lege *Ammoniacum.*
—	148.	—	9.	*Dan. 05* deleatur.
—	-	—	18-19.	Pro *viginti qvinqve & decimas qvatuor (25,4)* lege *duodecim & decimas septem (12,7).*
—	160.	—	12.	Pro *10,000* lege *100,00.*
—	162.	—	10.	Pro *quinquaginta septem (57)* lege *sexaginta septem (67).*
—	164.	—	5.	Post *sulphuratum* adjiciatur *rubrum.*
—	170.	—	3.	Pro *Zh.* lege *Ph.*